Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Estante 65
Plúteo 27

21
1º

933"-1/0"(093) 460540
J 73 8
MFA

20357

40000460540

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flauii Iosephi

de Bello Iudaico

Fol. T. CXV

Iosephus Hegesippo de
Excidio Iudaeorum

Flauii Ioseppi Mathathię filii hębrei genere Sacerdotis ex Hierosolymis De bello Iudaico in libros septem Prologus per Ruffinum Aquileiensem traductos.

Liber Primus.



VOniam bellum quod cum: Romanis gessere Iudęi omnium maximum quę nostra ætas uidit:quæq; auditu percepimus ciuitates cum ciuitatibus:gentesue commisisse cum gentibus, quidam non quod rebus intertuerint:sed uana & incongrua narrantium sermones auribus colligentes oratorum more perscribunt: Qui uero presto fuerunt aut Romanorum obsequio:aut odio iudæorum contra fidem rerum falsa confirmant:scriptis autem eorum partim accusatio: partim laudatio continetur:nusquã uero exacta fides reperitur historię, Iccirco ego statui quæ retro barbaris antea missi:patria lingua digesta, Græca nunc his qui Romano reguntur imperio exponere Ioseppus Mathathiæ filius Hæbreus genere:sacerdos ex Hierosolymis: qui & in initio cum Romanis bello conflixi:posteaq; gestis:quæ necessitas exegit interfui. Nam cum hic ut dixi motus exortus esset grauissimus, Romanum populum domesticus morbus habebat:Iudæorum autem qui ætate ualidi & ingenio turbulenti erant manu simul:ac pecunia uigentes adeo temporibus insolenter abusi sunt: ut pro tumultus magnitudine hos possidendarum spes:illos amittendarum partium orientis metus inuaderet. Quoniam iudei quidem cunctos qui trans Euphraten essent:gentiles etiam suos secum rebellatores esse crediderant: Romanos autem & finitimi Galathæ irritabant:nec manus celtica quiescebat:dissentionumq; erant plena omnia post Neronem: & multos quidem Reges tempus adhortabatur. Lucri autem cupidine pars militaris mutationem præsentium desiderabat. Iraq; indignum esse duxi errantem in tantis reb9 dissimulare ueritatem:& Parthos quidem ac Babylonios Arabumq; remotissimos: & ultra Eufraten gentis nostrę incolas:itemq; Adiabenos mea diligentia uere cognoscere unde cœpisset bellum:quantisq; cladibus constitisset:quoue modo desiisset. Græcos uero & Romanos qui militiam secuti non essent figmentis siue adulationibus captos ista nescire:atq; in historias audent ea inscribere:qui præter hæc(ut mihi quidem uidetur) quod nihil sanum referunt, etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos uolunt magnos ostendere, Iudeorum res extenuant:& in humilitatem deiiciunt. Non autem intelligo quonam pacto magni esse uideantur:qui parua superauerint. Et neq; longi tẽporis eos pudet:quo bellum tractum est:neq; multitudinis Romanorum: quam in ea militia labor exercuit. Neq; ducum magnitudinis:quorum profecto gloria minuetur:si cum multum pro Hyerosolimis desudauerint, reb9 per eos gestis aliquid deroget. Nec tamen ego contentione romanas res extollentium gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem utrorumque siue ullo mendacio prosequar. Dicta uero de factis reponam:dolori atq; affectioni mee in deflendis patrię cladibus indulgens. Nam quod domesticis dissentionibus est euersa:& in templum sacrosanctum inuitas Romanorũ manus:atq; ignem iudeorum tyranni traxere, testis est qui eam uastauit ipse Cęsar Titus per omne bellum miseratus quidem populum: q, a seditiosis custodiretur. sępe autem consulto differri passus ciuitatis excidiũ:protracto obsidionis spatio:dum belli pœnitet auctores. Quod siquis me aduersus tyrannos:eorumq; latrocinium accusatorie putet loqui:uel patrię miseriis ingementem calumniari pręter legem historiæ, dolori ueniam tribuat. Ex omnibus enim quę romano imperio parent: solam nostram ciuitatem

BIBLIOTHECAE DEUSTIENSIS SCHOLASTICORUM
FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO
VIIb.
195

Universidad de Deusto
Biblioteca

contigit ad ſummū fœlicitatis gradū procedere eamq; ad ultimos caſus deponi. Deniq; omniū poſt condita ſęcula res aduerſas: ſi cum iudęoꝝ calamitatibus conferantur ſupe ratū iri non ambigo. Et hoꝝ auctor nullus externus eſt: unde nec fieri poteſt: ut a queſti bus temperetur. Si quis autem durioris miſericordię ſit iudex, res quidem tribuat hiſto rię: lamenta uero ſcriptori: quāquā merito greęcorum diſertos increpauerim: qui tantis rebus ſua memoria geſtis: quarum comparatione pręterita olym bella exigua monſtrā tur, iudices reſident aliorum facundię detrahentes. Quorum & ſi doctrina ſuperant: uo luntate uincuntur. Ipſi uero Aſſyriorum & Medorum geſta perſcribunt: ueluti minus recte a ſcriptoribus antiquis fuerint expoſita: cum inſcribendo tantum eorum uiribus cędant: quantum ſententię. Erat enim unicuiq; ſtudium, quę uidiſſet facta ſcribere: quo niam interfuiſſet rebus geſtis efficaciter quod promittebat impleret: mentiriq; apud ſci entes inhoneſtum eſſe uideretur. Enimuero noua quidem neq; ante cognita memoriæ tradere: ſuiq; temporis res commendare poſteris, laude ac teſtimonio dignum eſt. Indu ſtrius autem habetur non qui alienam diſpenſationem atq; ordinem transfert: ſed qui noua dicendo etiam corpus proprium conficit hiſtorię: Sed ego quidem ſumptu ac la bore maximo, qui cum eſſem alienigena, Grecis ſimul & Romanis geſtarū rerum me moriam repono. Ipſis autem indigenis ad queſtum quidem ora patent: ac lites: linguę q; ſolute ſunt. Ad hiſtoriam uero: in qua uerum dicendū eſt: ſummaq; ope negocia col ligenda ſunt, obmuteſcunt: conceſſa infirmioribus neq; ſcientibus licentia ſcribendi res a principibus geſtas. Honoretur itaq; apud nos hiſtorię ueritas: quę a grecis negligi tur. Ab origine quidem Iudęos repetere: qui fuerint: quoue pacto ab ęgyptiis diſceſſe rint: quaſq; regiones errando peragrauerint: & quas uel quotiens incoluerint: & quem admodum inde migrauerint, neq; huius eſſe temporis: & prętera ſuperuacuum exiſti maui: quoniam multi ante me Iudeorum de maioribus huius gentis ueriſſima compo ſuerunt: & nonnulli greęcorum, quę illi ſcripſerant patria uoce, proſecuti non multum a ueritate deuiarunt. Ex inde autem hiſtorię principium ſummā: quo ſcriptores eorum & noſtri prophetæ deſierunt: & bellum quidem meis temporibus geſtum latius quaq; po tuero diligentia referam. Quę uero ætate maiora ſunt, ſumme breuiter percurrā. Quo modo Antiochus cognomento epiphanes deuictis pœnitus Hyeroſolimis cum per tri ennium ſexq; menſes eam tenuiſſet a Somanei filiis expulſus eſt. Deinde quod eorum poſteri de regno diſſentientes ad res ſuas occupandas populum Romanū Pompeiūq; traxerunt: quoq; Herodes Antipatri filius eorum potentiam depoſuerit auxilio Soſſii: Quomodo Herode mortuo & Octauiāo cæſare plebis in eos orta ſeditio eſt: Auguſto quidem imperante romanis. Quintilio autem Varo in locis degente. Quodq; bellum anno duodecimo poſt imperium Neronis erupit: quāq; multa per Soſſium acciderint: quantaq; ad primos impetus armis iudaei perſuaſerint: queq; modo accolas præmunie rint: & quod Nero propter Ceſtii peccata ſummæ rei metuens bello Veſpeſianum prę poſuerit: & quod is cū maximo filiorum iudęam intrauerit: quantumq; romanorum exercitum ducens: quantaq; manus auxiliorum per omnē cęſa fuerit galileā: & q; eius ciuitates quaſdam uictoria cœperit: alias deditione. Vbi etiā romanorū in bello diſcipli nam curamq; rerum: & utriuſq; Galileæ ſpacia: & naturam fineſq; Iudęę: nec non & pe culiarem terrę ęqualitatem: lacuſq; & fontes: captarumq; ciuitatum mala cum fide ſi cut uidi: aut pertuli expediā. Nec etiam miſerias meas cælauerim: cum ſcientibus eas relaturus ſim. Deinde quod iam feſſis rebus iudæorum Nero quidem morte obierit. Ve ſpeſianus autem in hyeroſolymam properans imperii cauſa retractus ſit: quæq; ſigna de hoc ei contigerunt; romęq; mutationes; & q; inuitus a militibus imperator declara

tus ſit. & q; eo diſponendæ reipub. gratia in ægypto digreſſo: iudęorum ſtatus ſeditioni bus agitatus ſit: quoq; modo tyrannis ſuccubuerint: eorumq; inter ſe diſcordias moue rint. Et q; ex ęgypto Titus reuerſus: bis iudęorum fines ingreſſus ſit: quoq; modo exerci tum: & quo in loco congregauerit: uel qualiter: & quotiens ciuitatem affecerit ipſo præ ſente ſeditio. Aggreſſus numeroſos & quantos erexerit aggeres triumq; murorum ambi tum & magnitudinem ſiue menſuram & munitionem ciuitatis & fani templiq; diſpoſi tionem. ad hæc arę ſpacium menſuramq; diligentiſſime dicam feſtorum queq; dierum mores aliquos ſeptemq; luſtratiōes & munera ſacerdotum. Itemq; pontificis ueſtes: ſan ctaq; templi cuiuſmodi fuerint ſine aliqua diſſimulatiōe uel adiectiōe memorabo. Nar rabo deinde tyrannorum in ſuos gentiles crudelitatem. Romanorumq; in alienigenas humanitatem: quotienſq; Titus ciuitatem ſimul ac templum ſeruare cupiens ad concor diæ fœdera diſſidentes prouocauit. Diſcordiam uero populi & uulnera & calamitates quamq; multa mala nūc bello: nunc ſeditionibus: nunc fame perpeſſi poſtea capti ſunt. Nec uero aut perfugarum clades aut captiuorum ſupplicia prætermittam uel quemad modum templum inuito Cæſare conflagrauerit: quamq; multa ſacræ opes flāma raptæ ſint ac totius quæ reliqua erat ciuitatis excidium & quę pręceſſerant portenta atq; pro digia uel Tyrannorum captiuitatem: uel qui ſeruitio abducti ſunt multitudinem: aut cui quiſq; fortunæ ſit diſtributus: & quod Romani quidem belli reliquias perſecuti ſunt uicorumq; munimina funditus euerſerunt. Titus uero peragrato territorio cuncta reſtitu it: eiuſdemq; reuerſionem in Italiam ac triumphum. Hęc omnia ſeptem libris compræ henſa perſcripſi: neq; uituperatiōes rerum ſcientibus: & qui bello interfuerunt ſuſtineā: uerum amantibus prout uerius potui cuncta explicaui. Narrandi autē initiū faciā hoc ordine quo capitula ſunt digeſta.

Ruffini Aquileienſis traductio in Ioſeppum hiſtoriographum clariſſimum de bello iudaico Liber primus.

Capitulum Primum.

VM potentes Iudeorum inter ſe diſſiderent: eo tempore quo de tota Syria cum Ptolomeo ſexto Antioch⁹ qui Epiphanes dictus eſt amgebat. Erat autem illis contentio de potentia: q; honoratus quiſq; grauiter ferret ſimilibus ſubiugari. Onias quidem de pontificibus poſtquā pręualuit, Tobiæ filios expulit ciuitate. Illi autem ſupplices ad Antiochum confugerunt petentes: ut ſemet cum ducibus in iudeā irrumperet. Idq; regi perſuaſum eſt iam pridem ſic animato. Quare cum magnis militum copiis egreſſus: & ciuitatem fortiter expugnatam capit: & maximam eorum multitudinem: quibus Ptolomæus carior erat interfecit. Dataq; paſſim militibus prę dandi licentia: ipſe & templum ſpoliauit: & cotidianæ religionis aſſiduitatē per annos tres ſexq; mēſes inhibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Prolomæum: acceptoq; ab eo in Heliopolitana regione ſolo: ibi oppidum condidit Hieroſolymis ſimile: templū q; ædificauit: de quibus iterū oportune referemus. Verūtamen Antiocho neq; præter ſpem uicta ciuitas: neq; populatio: neq; tantæ cędes ſatis fuere, ſed intemperantia uitiorum: eorumq; memoria quę in obſidione pertulerat iudæos cogere cœpit: ut abroga to more patrio: nec infantes ſuos circuncideren: porcoſq; ſuper aram immolarent quibus omnes aduerſabantur. Optimus uero quiſq; propterea trucidabatur. Et Bachides

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfidiis ab Antiocho præpoſitus ad naturalem crudelitatẽ ſuam pręceptis impiis obſecundans omnimodam iniquitatem exceſſit cum & ſigillatim uiros honorabiles uerberaret: & communiter cotidie ſpeciem captę urbis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum qui ea patiebantur ad uindictę audaciam irritauit. Deniq; Mathathias Aſamonei filius unus ex ſacerdotibus ex uico cui nomen eſt moneir cum manu domeſtica (Nam quinq; filios habebat) ſic his armatis Bachidẽ occidit: & ſtatim quidem præſidiorũ multitudinẽ ueritus in montes refugit. Multis uero ex populo ſibi ſociatis recepta fiducia deſcendit: Cõmiſſoq; prælio ſuperatos duces Antiochi ex iudęę finibus exegit. Secundis autem rebus potentiã nactus: ſuiſq; uolentibus: ut ab alienigenis eos liberaſſet, imperans moritur relicto Iudę principatu: qui filiorũ ſuoꝝ natu maximus erat. Ille autem (nec enim ceſſaturum exiſtimabat Antiochum) & indigenarum conflabat exercitum: & cum romanis primus amicitiam pepigit: Antiochum Epiphanemq; iterum fines ſuos ingredientẽ uehementiſſima percuſſum plaga repreſſit. Adhuc autẽ ferente uictoria in præſidia ciuitatis impetum fecit: necdum enim ceſſa fuerant: habitoq; conflictu: milites de ſuperiori ciuitate: quæ pars ſacra dicitur: ad inferiorem compellit. Fano autem potitus: & locum purgauit omnem muroq; cinxit: & uaſa noua diuinis rebus curandis fabricata in templum intulit: ueluti prioribus profanatis: aramq; aliam ædificauit: & religionibus dedit initium. Sacro autem ritu uix ciuitati reddito moritur quidem Antiochus. Regni autem eius in iudęos filius Odii Antiochus heres exigit.

Quare congregatis peditum milibus quinquaginta: equitum autem prope ad quinq; milia: octoginta uero elephantes montana iudęæ per partes aggreditur. Et Befferon quidem municipium capit. In loco uero cui Bergazzarię nomen eſt: qua tranſitus erat anguſtior: Iuda cum ſuis copiis occurrit. Et priuſquã congrederentur agmina, Eleazarus frater eius proſpecto pręter alios excelſo elephante turriq; maxima: & munimentis aureis ornato, illic antiochum eſſe ratus a ſuis procul excurrit: ruptaq; hoſtili acie ad elephantem uſq; peruenit. Sed illum quidem quem regẽ eſſe opinabatur: cõtingere, quod multum ſuperemineret, minime potuit. Beluam uero in aluo percuſſam ſuper ſe depoſuit: & obtritus interiit: nulla re alia geſta niſi q; magnum opus conatus aggredi poſt uitam gloriam habuit. Qui tamen regebat elephantum priuatus erat. Et ſi caſu fuiſſet Antiochus, nihil plus Eleazaro pręſtitiſſet audacia: quã ut ſola ſpe præclari facinoris mortem uideretur optaſſe. Hoc autem fratri eius totius pręlii pręſagium fuit. Nam fortiter quidẽ iudęi: diuq; decertauerunt: ſed a regiis ſecunda fortuna uſis: numeroq; pręſtantibus ſuperati ſunt: multiſq; interfectis Iuda cum cæteris ignoſniticam toparchiã refugit. Antiochus autem ad Hieroſolymam profectus: ibiq; dies paucos cõmoratus utenſilium penuria inde digreditur: relicto quidem ibi pręſidio quod ſatis eſſe arbitrabatur: cætera uero multitudine ad hyemandum ducta in ſyriam. Cap.II.

¶ Diſceſſu autem regis Iuda non quieſcebat: ſed accerſione multorum ſuæ gentis animatus. aggregatis etiã quos ex pręlio receperat apud uicũ adaſa cũ Antiochi ducibus congreditur. factiſq; fortibus in pręlio cognitus: multis hoſtibus interfectis occubuit. Et in diebus paucis frater eius Ioãnes occidit: inſidiis eorũ captus qui cũ Antiocho ſentiebant. Cap.III. Cum autẽ ſucceſſiſſet ei frater eius Ionatha & in aliis quæ ad idigenas ptinerent. cautius ſeſe aggeret: ſuãq; potẽtiã romanoꝝ amicitia corroboraret: Antiochi quidẽ filio recõciliat. Non tamẽ hoꝝ ei qcq̃ pfuit ad depellendũ piculum. Nãq; Triphon tyrannus antiochi qdẽ filii tutor: ſed inſidiis eũ captãs: & pter hęc amicis nudare cupiẽs Ionathan cũ ad Antiochũ paucis comitatus Ptolomaida ueniſſet dolo cõprehẽdit. Eoq; uicto cõtra iudęã mouit exercitũ. Vñ repulſus a Symõe Ionate fratre quodq; ab eo ſupatus eſſet iratus eundẽ ionathan interfecit. Cap.IIII.

Simon aũt fortiter regẽdis reb9 intẽtus Zachen & Iopã & iamnã capit. Euertit aũt & Acharan ſubactis pfidiis: aduerſus Triphonẽ antiocho auxiliũ prębuit. quẽ doris ante militiã quã in melos habuit obſidebat. Sed regis auiditatẽ ſatiare non potuit quanq̃ neci triphonis ſuã quoq; operã adhibuiſſet. Non multo enim poſt Antiochus cendebeũ ex ducibus ſuis ad uaſtandã iudæã: opprimendũq; ſeruitio Symonẽ cum exercitu miſit. Ille aũt quanq̃ ſenior erat bellũ: tamẽ iuueniliter adminiſtrat. & filios qdẽ ſuos cũ ualidiſſimis pmiſit: patrem uero multitudinis comitatus alio latere aggredit: multiſq; per multa loca inſidiis ẽt montana depoſitis in oibus ſuperat. Clariſſimaq; potit9 uictoria pontifex declarat: & .clxx. poſt annos iudęos liberata dominatione Macedonũ: & hic moritꝛ in conuiuio captus inſidiis Ptolomæi generi ſui: qui eius cõiuge duobuſq; filiis in cuſtodia concluſis certos miſit qui Ioannẽ tertiũ cui ẽt Hyrcanus nomen fuit interficerent. Cognito aũt impetu q parabat adoleſcens ad ciuitatẽ properabat: multoſq; populo fretus & pp memoriã paternę uirtutis & iniquitas Ptolomęi cunctis eſſet inuiſa. Voluit aũt Ptolomęus ẽt alia porta ingredi ciuitatẽ: ſed a populo reiectus eſt: qui maturius Hyrcanũ ſuſceperunt. Et is quidẽ ſtatim receſſit in aliquod ultra hiericuncta caſtellum quod Dagon uocat. Hyrcanus aũt paternũ honorẽ pontificis aſſecutus: poſtq̃ deo ſacrificia reddidit uelociter: Ptolomęũ petiit & matri ſimul & fratribus adiumento futurus: caſtellũq; aggreſſus: aliis quidẽ rebus ſuperior erat: iuſto aũt dolori cædebat. Ptolomæus enim quotiens pmeretur matrẽ eius fratreſq; in murũ productos palã ut poſſent cõſpici flagellabat eoſdẽq; præcipitaturũ: niſi quã primũ recederet minabatur: Vnde Hyrcanum quidẽ plus timor ac miſericordia quã iracundia cõmouebat. Mater uero eius nihil plagis aut intentata nece perterrita manus prætendens filium precabatur ne uel ſuis fractus iniuriis parceret imperio. Sed quidẽ ipſa ſibi mortẽ a Ptolemæo propoſitam ĩmortalitate duceret meliorẽ: dũmodo ille pœnas eoꝝ quę in domum ſuã contra fas admiſiſſet expenderet. Ioannes aũt nunc obſtinationẽ matris cogitans ac pces eius audiens ad irruendũ impellebat: modo uerberari eam lacerariq; cõſpiciẽs effęminabatur: totuſq; plenus doloris erat. Ob hoc aũt diu tracta obſidiõe feriatus annus aduenit. Quẽ ſeptimo quoq; orbe apud iudæos ceſſare moris eſt: exẽplo ſeptimoꝝ dierũ. Et in hoc Ptolomæus obſidionis requiẽ nactus fratribus Ioãnis una cũ matre occiſis ad Zenonẽ cõfugit: qui cotila cognominatus eſt Philadelphiæ tyrannũ. Cap.V.

Antiochus aũt ob ea quæ per Simonẽ paſſus fuerat iratus in iudæam ducit exercitũ: ibiq; aſſidẽs Hieroſolymis Hyrcanũ obſidebat. Ille aũt patefacto ſepulchro Dauid qui regum ditiſſimus fuerat: ablatiſq; inde pecuniis plus quã tribus milibus talentorũ & Antiocho perſuaſit: datis ei trecentis talentis ab obſidione recedere primuſq; iudeorũ priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia. Cap.VI. Rurſuſq; tamẽ quando Antiochus contra medos bello ſuſcepto tempus ei uindictæ præbuit: cõfeſtim contra ciuitates perrexit: uacuas propugnatorib9 eſſe ratus quod uerũ erat. Medabã q dem & Samagã cum pximis necnõ & Sicimã & Argarizin ipſe cœpit: & ſuper his cutheorũ genus adiacentia fano loca incolentiũ: exemplo eius quod eſt Hieroſolymis ędificato. Capit autem idumeæ non paucas alias ciuitates: & præterea Adoreon & Mareſam. In Samariam uero uſq; progreſſus ubi nunc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege cõdita ex omni ea parte concludit: ſ lioſq; ſuos Ariſtobolum & antigonũ obſidioni pfecit. Quibus nihil remittentibus ad hoc famis qui erant intra ciuitatẽ uenerunt: ut ẽt inſuetã carnẽ cogerentur attingere. Igit Antiochus adiutorẽ ſibi aduocauit ſpõdiũ ſibi cognominatũ. Qui cũ ei prompta uoluntate paruiſſet, ab Ariſtobolo & Antigono ſupat. Et il

le qdē ad Scitopolī usq; ꝓsequ ētibus cōmemoratis fratribus effugit. hi uero ad Sama
riā reuersi & multitudinē tantā intra murꝝ cōpellūt: & expugnata ciuitate ipsam qdem
diruūt. Habitatores uero eius captos abducūt. Prospere aūt ita cædētibus rebus alacri
tatē refrigescere nō sinebāt: sed cū exercitu Scitopolim usq; progressi: & ipsam peruase
runt: & agros intra carmelū oēs intra se partiti sunt. CAP. VII. Secunda
rum autē rerum Ioannis & filiorꝝ eius inuidia seditionē gentiliū concitauit: multiq; ad
uersus eos collecti non quiescebāt: donec aperto bello deuicti sunt. Reliquū uero tps Io
annes cū fortunatissime uiueret: & optime rebus per annos triginta & tres adminis tra-
tis, quiq; relictis filiis moritur. Vir plane beatissimus: & qui nullam dedisset occasionē:
cur eius cā de fortuna quispiā quereretur. Deniq; tria uel maxime ꝑcipua solus habebat.
Nā & gentis princeps & pōtifex erat: & ꝓterea ꝓpheta cū quo deus ita loquebat: ut fu-
turoꝝ nihil pœnitus ignoraret. Quinetiā de duobus maioribus filiis suis q; regꝝ dñi per
māsuri nō essent: anteuidit atq; prædixit. Quoꝝ uitę qui fuerat exitus narrare nō īdignū
uidet: quantūq; a paterna fœlicitate diuerterint. Cap. VIII. Patre nāq; mor
tuo natu maior Aristobolus translato in regnū principatu diadema sibi primus impo
suit: quadringentis & .lxxx. annis ac tribus mensibus postq̄ populus in eam terrā deue
nit: seruitio quod apud Babylōios sustinuit liberatus. Fratrē uero a se secūdū Antigonū
(nāq; illum diligere uidebat) in honore pari producebat: alios uero uinctos custodię
tradidit. Matrēq; itidem colligauit: ausam aliquid de potestate contendere. Nāq; hanc
regꝝ dominā Ioannes reliquerat. Ecq; crudelitas processit ut uinctā fame necaret. Horꝝ
aūt facinorū pœnas Antigonus nihilominus Aristobolo fratri morte psoluit: quē plu-
rimum amabat: quēq; regni participē habebat. Nam & hunc iteremit adductus crimi
nationibus per maliuolos regni cōpositis. Itaq; primo quidē Aristobolus dictis fidē nō
habebat: quin ut fratrē pderet. Plęraq; fingi liuore arbitraret. Sed cū Antigonus ex mi
licia clarus rediisset: festiuis diebus quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius
exigebat, euenit eodē tpe: ut aduersa ualitudo Aristobolū corriperet. Antigonus uero
circa estoꝝ solemniū finē aramatis comitatus ad eū adorādū q̄ maxime potuit: plusq;
in honorē fratris ascendebat ornatus. Tūq; delatores nequissimi regē adeūtes: & arma
toꝝ pompā & Antigoni arrogantiā priuata fortuna maiorē esse criminabant. quodq;
maxima multitudine stipatus ut illum interficeret eo uenisset. Nec enī perpeti honorē
solū & regnū habere: cui ipsū liceat regnū obtinere. His paulatim: q̄is inuitus: tn̄ credit
aristobolus. Ac ne uel suspicari quicquā uideretur prospiciens: & ut incerta præcaueret:
suos satellites in quēdam subterraneū & tenebrosum locū trāsire iubet. Ipse aūt iacebat
in castello bariante: post aūt Antonia cognominato ut & inermi qdē parcerēt. Occide
rē aūt Antigonū ꝑcepit: si cū armis adiret. Nec nō & ipsi antigono q ꝑciperent misit:
ut inermis ueniret. Ad hæc regina satis callidū cū insidiatoribus consiliū capit. Namq;
his qui ad eū missi fuerāt psuadet: ut mādata qdē regia taceāt dicāt uero antigono quod
frater audisset: arma sibi q̄ pulcherrima in galilea: ornatūq; bellicosum fabricasse: quę
ne sygillatim ispiceret morbū impedimēto fuisse: nūc aūt ꝑsertim cū alio discessurus sit:
libenter eū uideret armatum. His aūt Antigonus, ne qd enim mali suspicaret, fratris
suadebat affectus, cū armis uelut ostensurus se ueniēs properabat. Sed ubi ad obscurū
transitū qui stratonis pyrgus uocabatur accessit, a satellitibus intercēptus est: cæterūq;
documentū pbuit, Omnē beniuolentiā iusq; naturę criminatiōibus cædere: nullāq; op
timarū regꝝ affectionē tantū ualere: ut inuidiæ perpetuo possit obsistere. In hoc aūt etiā
iudā quis nō recte miret? Esseus erat genere qui nūquā diuinando peccauit neq; mēti-
tus est. Is Antigno transcūte p templū mox ut eū uidit ad notos q aderāt, exclamauit.

Nō Paucos aūt discipulos papas siue cōsultatores habebat. Nūc mihi pulchꝝ est mori
quando ante me ueritas interiit: mearūq; prædictionū aliquod mendaciū depræhensum
est. Viuit enim iste Antigonus qui hodie debuisset occidi. Locꝰ aūt neci eius apud stra
tonis pyrgū fato fuerat distributus: & ille qdem sexcentorū ab hinc stadioꝝ interuallo
distat. Horę uero diei sunt quatuor: sed uaticinationem tps effugit. Hæc locutus senior
męsto uultu & mente sollicita secū multa reputabat. Et Paulopost interfectus Antigo
nus nunciabat in loco subterraneo: qui eodē noīe quo maritima cęsarea statiōis pyrgus
appellabat: & hoc fuit quod uatē fefellit. At uero aristobolo confestim sceleris plenitu-
dine morbus ingrauescit: semp facinoris cogitatiōe sollicitus ꝑturbato aio tabescebat.
Dōec męroris acerbitate uisceribus laceratis subito sanguinē uomeret. Hunc ergo unꝰ
e seruulis eius ministerio destinatꝰ foras efferens ꝓuidētia diuinitatis errauit: & ubi An
tigonus erat occisus super extantes adhuc cędis maculas cruorē interfectoris effudit mi
re. Vlulatu aūt continuo sublato ab his qui puerū tāquā de industria sanguinē libasse cō
spexerant, clamor regis ad aures puenit: cāmq; requirebat: & cū eam prodere nullus au
deret ad rescindū magis ardebat. Ad extremū aūt minitanti uimq; adhibēti uerꝝ quod
erat idicauerūt. atq; ille cū lachrymis oppleSSet oculos: quātūq; poterat igemuisset hęc
dixit. Sperādum certe nō erat ut maximū dei lumē facta mea nefaria lateret. Nam cito
me ultrix cognate cędis iustitia persequtur. Quotenus o corpus improbū fratri matriq;
damnatā aīam detinebis? Quādiu paulatim illis libabo sanguinē meū. Simul totū ac-
cipiāt: neq; iam meoꝝ uiscerū inferius fortunā derideant. His dictis illico moritur cū nō
plus anno regnasset. Cap. IX. Vxor uero fratrē eius uinculis dissolutis regē cō
stituit Alexandrum: qui ętate maior erat: & modestia prędstare uidebatur. Sed ille pote
statē adeptus fratrem quidem alterū regna appetentē occidit: alteꝝ aūt uita contentū
ablatis rebus secū habebat. Prælium ēt cum Ptolomæo cognomento Laziro cōmisit: q
oppidū achobin cœperat: & multos qdem peremit hostiū: sed uictoria in Ptolomęi par
te propensior fuit. Postea uero quā ipse pulsus a matre cleopatra discessit in ægyptū: &
Gadara obsidione capit alexāder: & castellū amathūtis oīum maximū: quæ trans iorda
nē sita erant: ubi preciosissima quęq; bonorū Theodori filii Zenonis habebant. Repē
te aūt Theodorus aggressus & propria recepit: & sarcinas regis aufert: iudęorūq; fere
decē milia interficit. Veꝝ hoc uulnere superior sit alexander. Cōuersus nāq; ad mariti-
mas regiones Rafaim capit & Gazam: itēq; antedonē: quę post a rege Herode grippi
as noīata est. his aūt seruitio domitus concitat in eū festo die populus iudęoꝝ. Nā plę-
rūq; epulæ seditiones accendūt. Nec uidebatur ilidias posse cōprimere: nisi peregrinos
haberet auxilio pisidas & cilicas. Syros mercenarios respuebat ꝓp ingenitā cū iudęorū
gente discordiam. Cæsis aūt supra quā octo milibus ex turba rebelliū arabię manus po
stea attulit. Ibiq; Sadamitis subiugū missis: tributoq; his īposito ad amathūta regressus
est. Cūq; theodoꝝ metus secūdis eius successibus ꝑculisset: castellū sine prędsidio repente
funditus eruit. Mox aūt congressus cum obediore rege arabū qui locū fraudi oportunum
in galensi regiōe prędenerat, captus insidiis totū amisit exercitū in ualle altissima cōpul
sum atq; obtritū multitudine camelorꝝ. Ipse uero elapsus in hierosolymā olim sibi gētē
infensam ad nouarū rerū motus magnitudine cladis accendit. Fit autē ēt tunc superior
crebrisq; prędsidiis nō minus. l. milibus iudęoꝝ per sex annos iterfecit. Nequaq̄ tamē ui
ctoriis lętabat: quoniā regni sui uires cōsumeret. Vnde armis omissis sermone placido
cū subiectis redire in gratiā conabat. Illi aūt inconstantiā eius morūq; uarietatē tanto-
magis oderant: ut percontanti causam quonam pacto eos sedare posset: dicerent si mo
reretur. Nam uix etiā mortuo daturos ueniam qui multa scelera fecisset. Cap. X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simul autē Demetrii auxiliū cui cognomentū Acero fuit accersunt. Qui cū his ma
ioꝝ spe facile paruisset:ueniſſetq; cum exercitu:miſcent cum auxiliis iudæi circa Sici-
mā. Vtroſq; tunc Alexander mille quidem equitibus: ſex aūt peditū mercenarioꝝ mili
bus excepit:cū haberet ex iudęis quoq; prope ad decem milia bene ſibi cupientiū:aduer
ſæ aūt partis eſſent equitū tria milia:peditūq; milia.xl. Et priuſq; uenirent ad manus in-
tercedentib⁹ nuntiis & p̄conibus regis transfugia tentabāt.Demetrius quidē alexādri
mercenarios:Alexander aūt iudæos: & Demetriū dum ſequerent obtemperaturos ſibi
ſperantes. Sed cum neq; iudæi ſacramenta neq; fidem græci contēnerēt armis iam com
minus decertabant.Superatq; p̄lium Demetrius:q̄uis Alexandri mercenarii uirtutē ſuā
multis & animi & manus operibus demonſtraſſent.Finis aūt pugnæ præter ſpem cędit
utrinq;.Nam neq; uincētem Demetriū qui eius auxiliū petierant expectare uoluerūt:&
immutatæ fortunæ miſericordia ſex iudæoꝝ milia ſe ad Alexandrū qui in montes effu
gerat contulerūt.Huius inclinatiōis momentū Demetrius ferre non potuit:ſed Alexan
drum iam quidē collectis uiribus bello idoneum eſſe ratus:oēm uero gentem ad eū cō
mearę mox inde digreſſus eſt. Non tamē reliqua multitudo abſceſſu auxiliioꝝ ſimulta
tes depoſuit:bello aūt aſſiduo tādiu cum Alexandro decertabat:donec pleriſq; interfe
ctis cęteros in miſelim ciuitatē coegit:eaq; uaſtata in hieruſalē captiuos abduxit.Verū
īmoderata eius fecit īracundia:ut credelitas eius ad īpietatē uſq; procederet. Octingen
tos .n. captiuorū in media ciuitate cruci ſuffixis: mulieres earūq; filios in cōſpectu ma
trum necauit:atq; hoc potās:& cum ſuis cōcubinis recubans proſpectabat.Tantus au
tem populū terror inuaſit:ut etiam diuerſæ partis ſtudioſi proxima nocte octo milia ho
minū extra totā iudęam profugerint. Quoꝝ exilii mors alexandri finis fuit.Cū eiuſmo
di factis tādē egreq; regni otium quæſiſſet ab armis requieuit. Cap.xi. Rurſus au
tem fit ei turbatū initiū Antiochus:qui etiam Dionyſius dictus Demetrii quidē frater:
ſed eorum nouiſſimus qui Seleucum generis auctorem habebant. Hunc enim timens
Arabas paratum bellum pulſare:totum quidem ſuper antipatrida montibus proximū:
& inter Iopes littora ſpatiū: foſſa & altiſſima ualle diremit. Ante foſſam uero murum
ędificauit excelſum:turreſq; ligneas:ut faciles aditus obſtrueret fabricauit:nec tamē an
tiochum arcere ualuit.Exuſtis enim turribus foſſiſq; repletis cum ſuis copiis tranſgreſ-
ſus eſt.Vindictaq; poſt habita qua deberet:in eum a quo prohibitus erat ulciſci:proti-
nus contendit in Arabas.Horum autem rex in locis ſuę nationis cōmodioribus agens
ad pugnam:deinde iopam cum equitatu reuerſus:habebat autem numerum decem mi
liū:ex hīc īparatos ex improuiſo antiochi milites inuadit. Forti autem prælio depugna
to quādiu quidem ſuperat antiochus durabat eius exercitus:q̄uis cum paſſim arabes tru
cidarent.Vbi uero procubuit ſuccurrendo enim uictus ſemper in periculis erat, omnes
terga uerterunt:maximaq; pars eorum:tum in acie:tum in fuga conſumitur. Reliquos
autem in uicum anna delapſos alimentorum penuria pire contigit præter paucos.Hinc
Damaſceni Ptolomęo mēneę filio infenſi arechea ſibi ſociant:ſyriæ cœles regem conſti
tuunt.Qui bello illato Iudę poſtquā pugnauit alexandri pactione diſceſſit Alexander
autem bello capta geras petiuit:rurſus opum Theodori cupidus triplici ambitu circun
datis defenſoribus locum pugnando cœpit. necnon & Gaulenem & Seleuciam quę
antiochi pharanex dicitur ſub iugum mittit.Ad hęc autem capto gamala caſtello uali
diſſimo eiuſq; rectore Demetrio multis criminibus inuoluto in iudeam regreditur: ex-
pleto in militia triennio:Letuſq; a gentilibus ob res proſpere geſtas excipitur. Belli au
tem requiem ſecutum eſt morbi principium.Et quoniam quartanis febrium circuitio-
nibus fatigabatur:depulſum iri ualitudinem credens ſi rurſus animum negociis occu

paſſet, intempeſtiuis militiæ laboribus ſeſe dedit:& ultra uirium efficaciam corpus im
pellens inter ipſos tumultus trigeſimo & ſeptimo poſt regni anno moritur:idq; Alexan
der coniugi ſuę reliquit: iudęos eius uel maxime dicto ●bedientes fore non dubitans:
quod longe ab eius crudelitate diſcrepans & iniquitati reſiſtens beniuolentiam ſibi po
puli comparaſſet.Nec ſpes eum fefellit.Nāq; opiniōe pietatis obtinuit muliercula prin
cipatum.Quippe morem gentis probe norat patrium: & qui ſacras leges temeraſſent
ab initio deteſtabatur:Hyrcanum Alexandra mater regem conſtituit: cum autē duos
filios Alexandro generatos haberet natu quidē maximū Hyrcanum & propter ætatē
declarat pontificem:& quod pręterea ſegnior eſſet quā ut poteſtate regia moleſtus cui
quā uideretur regem conſtituit.Minorē autem Ariſtobolum priuatū uiuere maluit: q̄
ferentioris eſſet ingenii.Iungit autē ſe eiuſdem mulieris ditioni quoddam iudęorū col
legium.Phariſei qui pręter alios pietatem colere putarentur:& peritas leges exponere.
ob eam cauſam proprius eos aſpiciebat.Alexandra diuinæ religioni ſuperſtitioſe deſerui
ens.Illi autem paulatim fęminæ ſimplicitate decepti:omnes pro ſua libidine ſūmouen-
do:deponendo:itemq; uinciendo ac ſoluendo quos uellent iam procuratores habeban
tur:Prorſus ut ipſi quidem regiis cōmodis fruerentur expenſas uero ac difficultates Ale
xandra perferret.Sed eadem mire callebat res adminiſtrare maiores:itaq; agēdis copiis
ſemper intenta duplicem conflauit exercitū neq; pauca peregrinoꝝ parauit auxilia qui
bus non modo ſtatū ſuæ gentis roborauit:ſed etiam metū reddidit externę potentiæ.
Imperabat autē aliis uerum phariſeis ipſa ultro parebat. Deniq; Diogenem quendā in
ſignem uirum qui Alexandro fuerat amiciſſimus interficiunt eius factū conſilio crimi
nati:ut octingenti quos ſupra memoraui regis iuſſu tollerentur in crucē. Nihilominus
autem Alexandræ ſuadebant ut & alios quibus authoribus Alexander in eos fuiſſet ex
citatus occideret. Cūq; his nimia ſuperſtitione nihil abnuendū putaret:quos ſibi libuiſ-
ſet ea ſpem trucidabant:donec optimatū quiſq; ad Ariſtobolum cōfugerit: quorū peri
culum agebatur.Atq; ille matri perſuaſit:ut his propter dignitatē parceret: ciuitate au
tem pelebat quos nocentes exiſtimaret.Illi quidem data ſibi copia per ęgros diſpęſi ſunt.
Alexandra uero in Damaſco cōmiſſo exercitu quoniā Ptolomęus ſine intermiſſione ci
uitatē prępebat illam quidē nulla re memorabili geſta ſuſcepit.Regem autē armenio
rum Tygranē qui admoto Ptolomaiden milite cleopatrā circūſedebat pactionibus do
niſq; ſollicitabat.Sed illū domeſticarū turbarum metus ingreſſo in Armeniam Luculo
iamdudū inde traxerat.Inter hęc Alexandra morbo laborante:minor eius filius ariſto
bolus cū ſeruis ſuis quos multos habebat:oēſq; pro ętatis feruore fidiſſimos uniuerſa ca
ſtella obtinuit:& pecunia quam ibi reperit conductis auxiliis regem ſe declarauit. Ob
hoc miſerata querelas Hyrcani mater coniugem ariſtoboli cum filiis includit apud ca
ſtellum quod a ſeptentrione fano adiacens baris antea uocabatur ut diximus poſtea ue
ro antonia cognominata eſt imperante antonio quēadmodū auguſti & agrippæ noīe
Sebaſte:& agrippias alię ciuitates appellatæ ſunt.Ante tamen alexandra moritur: quā
in ariſtobolum fratris eius Hyrcani contumelias uindicaret: quē deiici regno curaue
rat:quod ipſa nouē annos adminiſtrauit:& heres quidem omnium ſit Hyrcanus cui re
gnū etiā uiua cōmiſerat.Verum ariſtobolus uiribus atq; authoritate pręſtabat.Habito
autē inter eos circa hiericunta de rerū ſumma conflictu:pleriq; Hyrcano relicto tranſe
unt ad ariſtobolū.Hyrcanus aūt cum reliquis fugiens peruenit caſtellū antoniā:ibiq; ſa
lutis obſides natus: erat aūt coniunx ariſtoboli cū filiis:priuſq; graue quid fieret ea lege
in concordiam rediit:ut regnū quidē ariſtobolus haberet.Hyrcanus uero excederet qua
ſi frater regis aliis honoribus contentus.Hoc modo in fano reconciliati cum in conſpe

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctu circũstantis populi benignissime alter alterꝙ ualere iussissent. Domus permutant: & aristobolus quidẽ recedit in regiã: Hyrcanus aũt in aristoboli domo: Metus uero & ali os eius inimicos præter spẽ dominationis occupat: & maxime antipatrũ iamdudũ aristobolo inuisum. Erat aũt genere idumæus & nobilitate ac diuitiis aliarumq; rerũ copia gentis suæ princeps. Cap. xii. Is igitur & Hyrcanũ ut ad aretã regẽ arabię confu gerẽ eiusq; auxilio regnũ repeteret hortabat: & ipse aretę ut Hyrcanũ susciperet atq; in regnũ deduceret suadebat: multa detrahẽs aristoboli moribus multisq; Hyrcanũ laudi bus prædicans. Simulq; admonebat quod cũ decet regno clarissimo præsidentẽ iniquitate oppressis manũ porrigere. Hyrcanũ aũt iniuriã pati qui principatu iure successiõis sibi debito caruisset. Sic instructis & preparatis ambobus nocte cum Hyrcano ex ciui tate profugit: citatoq; cursu in oppidum quod petra dicitur Saulus euasit. quod regni sedes esset arabiæ. Ibi postquam Hyrcanum in manu regis arete tradidit: multis dictis multisq; muneribus ut auxilium præberet quo in regnum deduceretur efficit. Erant autem peditũ equitũq; milia cẽtũ qnquaginta q̃bus nequaq; restitit aristobolus. Sed primo impetu superatus in Hyerusalem fugere cogitur: atq; omnino captus esset: nisi dux Romanoꝝ Scaurus aduersis horum tẽporibus imminens soluisset obsidionem. Nãq; is ex armenia quidem in Syriam missus erat a Pompeio magno qui cum Tygrane bellum gerebat. Sed ubi Damascum uenit recens a Metello & Lolio captam reperit: his inde summotis cognitoq; in iudæa quid ageretur: illuc uelut ad quæstum cucurrit. Deniq; mox ut fines ingressus est legati ad eũ ueniunt a fratribus utroq; sibi ut potius adiumẽto esset orantibus. Sed trecentis talentis quæ aristobolus ei miserat iustitia post habita est. Tot enim acceptis Scaurus ad Hyrcanum & arabs legatos dirigit. Romanorum eius & Pompeii nomen intentans: nisi obsidione desisterent. Itaq; & aretas ex iudea in Philadelphiam recedit metu perculsus & Scaurus damascũ rediit. Capꝫ. xiii. Aristobolus aũt quod captus non esset: satis sibi esse non credidit: sed omnibus quas haberet copiis congregatis persequebatur hostes: & circa locũ quẽ Pampirioma uocant prælio cõmisso supra sex eoꝝ milia cædit in quibus erat Phallion frater antipatri: Hyrcanus uero & antipater arabum priuati auxilio spem in aduersarios contulerunt. Et cũ Pompeius Syriã transgressus Damascũ peruenisset ad ipsum confugiunt. Multisq; muneribus ei datis illa tantũ quibus apud aretam usi fuerant allegantes magnopere prędicebantur ut aristoboli uiolentiam odio dignam putaret: regnoq; Hyrcanum restitueret: cui tam ætate quam moribus deberetur: sed nec aristobolus sibi defuit corruptione Scauri fretus. Venerat autem quantum poterat ornatus cultu regio: deinde offensus obsequiis: neq; ferendum existimans abiectius quam regem deceret: utilitati deseruire a Diospoli segregatur. Ob hoc iratus Pompeius etiam Hyrcano eiusq; sociis hoc precantibus post Aristobolum periit: & Romano simul exercitu & Syriorum instructus auxiliis. Cũ uero pellam & Scitopolim prætergressus coratas uenisset unde iudæorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus. Cognito aristobolum in Alexandrum confugisse. Id autem castellum est in monte præcelso positum satisq; liberaliter accuratũ mittit per quos eum iuberet inde descendere. Ille autem decreuerat: quia pro imperio uocaretur periclitari potius q̃ parere. Sed populum uidebat phorrescere: & amici monebãt ut Romanam uim cogitaret quam sustinere non posset. Itaq; horum consiliis obediens descendit ad pompeium quodq; iuste regnaret multis prosecutis in castellum rediit. Et cum iterum descendisset prouocatus a fratre ac de suis iustitiis cũ eo concertasset: denuo regreditur non prohibente pompeio. Erat autem inter spem timorẽq; medius: & uenie bat quidã uelut exoraturus põpeiũ ut sibi cuncta permitteret ad montem uero reuerte

batur ne quid regiæ dignitati derogareuideretur. Quia tamen castellis eum pompeio cedere placebat. Isq; prepositos monere litteris ut absisterent quibus præceperat ut nõ nisi manu sua scriptis epistolis obtemperarent: iussus quidem facit: sed in Hiero so'ymam cum indignatione discessit: belloq; iam congredi cum pompeio cogitabat. Ille autem nec enim tempus aptaret: nec initiandum putauit statim consequitur. Multum quippe alacritati eius addiderat circa Hiericuntam mitridatis mors nuntiata. Vbi pinguissima hydumęa regio & palmarum plurimum ac balsamum nutrit: cuius inciso lapidibus acutis robore stillantem lachrymam ex uulneribus colligunt. Cumq; illic pernoctasset mane in Hierosolymam properabat. Itaq; hoc eius impetu perterritus Aristobolus supplex occurit: pecunia pollicitus quodq; semetipsum ei cum ciuitate permitteret. Pompeiũ mitigat seuientẽ. Nec tamẽ quicquã eorum quę promisit effectum est Gabinium. n. q ad suscipiendã pecuniã missus fuerat: nec in oppidũ quidẽ Aristoboli socii receperunt. His cõmotus Põpeius Aristobolũ in custodiã collocat: ad ciuitatem profectus explorabat qua facilior esset accessus. Nã & muroꝝ eius firmitatẽ oppugnari posse facile nõ uidebat. Vallemq; pro mœnibus horribilẽ fauũq; illic cernebat proximum: a deo tutissima munitione circundatũ: ut etiã si ciuitas caperet: secundum esset hostibus profugium. Cap. xiiii. Hoc autem diu quid faceret hęsitante: seditio intra ciuitatem orta est. Aristoboli quidẽ sociis belligeri potius regemq; liberare dignum esse firmantibus: qui uero cum hyrcano sentirent põpeio portas aperire: Metus autem hos plures faciebat romanorum constantiã respicientes. Deniq; uicta pars Aristoboli concessit in templum: & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso ut ad ultimũ usq; resisteret instruebatur. Cum autem alii romanos recepissent in ciuitatem his q; domũ regiam tradidissent: ad hæc obtinenda Pompeius unum ex ducibus sibi obedientibus pisonem cum militibus intromittit. Hisq; presidiis in ciuitate dispositis: quia nemini eorum qui in templum confugerant pacem persuadere potuit. Omnia quæ circum erãt expugnare parabat: hyrcano eiusq; amicis ad consilia conferenda: & ad efficiẽda quæ iuberet alacriter animatis. Ipse uero partes septẽtrionales fossamq; uallẽq; replebat omni genere materiæ per milites comportato: cũ per se opus esset difficillimũ propter immensam altitudinẽ: & præterea iudæi modis omnibus desuper obsisterent. Mansisset q; opus imperfectum nisi Pompeius obseruatis diebus septimis quibus religio iudæos ab omni opere manus abstinere cõpellit per eos aggerem cumulare præcepisset inhibitis a prelio militibus. Pro solo. n. corpore iudæos ẽt p sabata pugnare licet. Cap. xv.

Igit' iam ualle replera: & impositis aggere turribus admotisq; machinis cito portatis moliri tentabat. Desup obstantes lapidibus repellebant. Cum diu turres obsidentiũ magnitudine simul & pulchritudine prestantes uim repugnantiũ sustinerent. Verũtamen romanis tunc plurimum defatigatis: Pompeius iudęorum tolerantiam & in aliis admiratus est: & precipue q; nihil de superstitionis suæ ritu intermedia tela peruentes derogati passi sunt: sed uelut in alta pace ciuitas ageret: & quotidie sacrificia & uictimas omnemq; dei cultum deligentissime celebrarũt: nec uel in ipso excidio cum ad aram in dies singulos trucidarentur: legitimis religionis suę muneribus abstinuerunt. Mense nanq; obsidionis tertio uix una turre deiecta fanum irruptum est. Cap. xvi. Primus autẽ murũ transcendere ausus est cum suis agminibus Sylle filius Faustus Cornelius & post eũ centuriones duo Furius & Fabius cũ suis agminibus. Et circunsepto undiq; fano alios confugientes uel etiã paulisper repugnantes interficiunt. Vbi plurimi sacerdotum quãq̃ hostes strictis gladiis irruentes uidebãt intrepidi tamen in peragendis reb⁹ diuinis pseuerabãt: & in ipso libandi templũ adolẽdi ministerio mactabant sa

Universidad de Deusto
Biblioteca

luti quoq; pręferentes religiõis obsequium. Multos autẽ sui gẽtiles aduersæ ptis studiose trucidabant plurimi semetipsos in rupes præcipitabant. Nonnulli furibundi cunctis quę circa murum erant in desperatione & succensis pariter cõflagrabant. Itaq; iudęoꝝ quidẽ milia .xii. occubuerunt romanorũ uero pauci sed plures sauciati sunt. Nihil autem grauius in illa clade iudæorũ genti uisum est: quam sanctũ illud arcanũ neq; cuiq; prius uisum alienis esse directũ. Deniq; Põpeius una cũ suis cõmitibus templũ ingressus ubi neminem præter pontificem adesse fas erat: quę intus erant candelabra cũ lychinis & mensas in quibus libare atq; adolere moris erat: uascula ex auro cuncta prospexit: cõ gestãq; pigmentoꝝ molem sacręq; pecunię prope ad duo milia talentoꝝ. Nec tamen uel hęc uel aliud quicq; de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postero die post excidiũ curare templũ ne quid habere sordidũ edituos iussit: & solemnia sacra celebrare. Ipse autẽ hyrcano põtifice declarato. q; se & in aliis rebus alacrem obsidionis tẽpore prębuisset: promptãq; ad bellũ agrestium multitudinẽ ab aristobolo reuocasset: pquę sicut imperatorẽ bonum decuit beniuolentia potius quã timore plębem sibi reconciliauit. Inter captiuos etiã cõpræhensus aristoboli socer idemq; patruus tenebat: & illos quidem qui maxime belli causa fuisset securi percussit faustum uero & qui una fortiter fecerant preclaris præmiis donat: & in hierosolymis tributũ indicit: ablatas autẽ gẽtietiã quas in syria cœperat ciuitates romanorũ qui tunc erant militum ducibus parere iussit: propriisq; tantũ terminis circũclausit. Instaurat autẽ in gratiam cuiusdam ex libertis suis Demetrii gaderensis etiã gadara quã iudęi subuerterant. Mediterraneas pręterea ciuitates eorũ de potestate liberauit quas pręuenti non exciderant hyspion & scitopoliũ & pellam & samariã & mariſſã: itemq; azotum & iamniã: maretusam: necnõ & maritimas garã & iopã & doram & pridẽ stratonis pyrgus uocabat. Post autẽ ab herode clarissimis ędificiis transformata cęsarea nominata est: easq; omnes indigenis ciuibus reddita sui prouincię syriæ non iunxit. Huius aũt & iudęæ cunctorũq; administratione ad ęgyptos fines & flumen euphratẽ cum duabus cohortib⁹ scauro permissa Romã ipse per ciliciã properauit captiuũ ducens aristobolũ cum familia. Erant aũt filię duę totidemq; filii: quoꝝ unus alexander ex itinere fugit: minor autẽ Antigonus cũ sororibus romã uectus est. Cap. XVII. Interea scaurus in arabiam ingressus ad petram quidẽ regionum asperitate prohibebatur accedere: quę autẽ circum erant omnia uastabat: multis & i hac malis afflictus. Nã exercitũ fames cõprimebat. Cui tamẽ hyrcanus p antipatrũ uictui suppeditabat necessaria. Quẽ uelut arete familiarẽ etiã scaurus ad eũ allegauit: ut bellũ pactiõe deponeret. Itaq; persuasũ est arabis. ccc. talentis decedere: atq; ita scaurus ex arabia transduxit exercitũ. Alexander autẽ aristoboli filius q pompeiũ fugerat: magna manu dilapso interea tempore congregata hyrcano grauius imminebat iudęãq; populabat. Quam quidẽ mature debellare posse credebat: quoniã disturbatũ quoq; a põpeio murũ hierosolymis renouatũ esse cõfidebat nisi gabinius in syriã missus qui scauro succederet: cum in aliis fortem se prębuisset tunc etiam in alexãdrum mouisset exercitũ. Huius aũt ille impetũ ueritus: & ampliorem militũ manũ congregabat: donec facta sunt decem millia peditũ: & mille quingenti equites: uallasq; opportunas muris hoc est alexandrum & Hyrcanum & Macherunta non longe arabiæ montibus muniebat. Igitur gabinius cũ parte militũ prędisso Marco antonio ipse cũ toto exercitu sequebatur. Lecti autem antipatri comites: aliaq; iudęorũ multitudo quorum Malichus & Pytholaus principes erant: iunctis cum Marco antonio uiribus suis alexandro ꝓbuiam processerunt: neq; ita multo post aderat cum suis copiis Gabinius. alexander autem cum quidem in unũ consertam hostium multitudinem sustinere non

poterat abscessit. Cũq; hierosolymis propinquasset coactus pręliũ suscepit. A missisq; sex milibus quoꝝ tria uiua capta sunt tria uero prostrata cũ reliquis effugit. Gabinius autẽ ubi alexandriũ uenit quia multos deseruisse castra cognouit, ꝑmissa delectoꝝ unia conabat sibi eos ante plurimũ coniungere. Cũ aũt illi nihil mediocre cogitarent: pręriſq; interfectis: reliquos in castellũ cõcludit. In hoc prędia dux marc⁹ antonius multa præclare gessit: & quãuis semper & ubiq; uir fortis apparuisset: tamen tunc etiã suũ uicit exemplũ. Gabinius aũt relictis qui castellum expugnarent ipse ciuitates adire: & intactas quidem confirmare: subuersas aũt erigere curabat. Deniq; iussu eius scitopolis habitare cœpit: & Samaria & Antedon: & Appollias: & Iamnia: & Arabia: & Marissa: & Dora: & Cadara: & Azotus: aliæq; multę lætis ciuib⁹ atq; icolis ad eas cõcurrẽtibus. Is ãt recte dispositis regressus ad Alexandriũ uehemẽtius urgebat obsidiũ. Quare territus alexander oibus despatis legatos ad eũ misit: & ignosci delictis orans & quę sibi parerent castella macherunta & Hyrcaniũ tradere non dubitans: quinetiã Alexãdrium ei⁹ potestati permisit. Quę quidem Gabinius oĩa consilio matris Alexãdri funditus eruit: ne rursus belli alterius receptaculũ fierent. Aderat ãt quo suis Gabiniũ parabat obseqis uiro suo cęteriſq; captiuis metuens q Romã fuerant adducti. Cap. xviii.

Post hæc uero Gabinius Hyrcão Hierosolymã deducto: eiq; fani cura mandata cæteris reip. partibus optimates præfecit. Omnẽq; iudæorũ gentẽ in cõuentus quinq; diuisit. uno Hierosolymis: altero Doris: itemq; tertio ut apud Amathunta respondeat: destinatis quarto hyerico: & quinto sephoris Galileæ ciuitas attributa est. Singulari autem unius dominatione liberati: libenter ab optimatibus regebant. Verumtamen nõ multo post euenit: ut turbarum his qui fieret initiũ elapsus Roma Aristobolus qui magna iterum iudæorum manu conflata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat: primum occupat Alexãdriũ: idq; recingere muro tẽtabat. Deinde cognito q Gabinius Sisennã & Antonium & seruilium duces contra se cum exercitu misit in macherunta concedit. uulgiq; ibellis onere depositio solus armatus prope ad octo milia militum secum duxit inter quos erat Pitholaus secundarum partiũ rector cum mille uiris & Hierosolymis profugus. Romani autem sequebantur: habitoq; conflictu aliquam diu cum suis Aristobolus fortiter dimicando persteterat: donec ui Romanorum subacti: cæsa sunt uiroꝝ quinq; milia. Prope uero ad duo milia in quendã tumulum confugerunt. Cæteriq; mille cũ Aristobolo perrupta Romanorũ acie in macherunta coacti sunt. Vbi rex cum in ruinis prima uespera tetendisset: sperabat quidẽ aliam se manum per indutias belli posse contrahere: castellumq; bene munire. Impetũ autẽ Romanorũ supra quam poterat per biduum remoratus postremo capitur: & cum Antigono filio q romæ secum fuerat uinctus ad Gabinium atq; inde Romã perductus ẽ. Sed illum quidem senatus custodia coercuit. Filios uero eius in iudæam remisit quia Gabinius seri pserat per Epistolas id pro traditione castellorum coniugi Aristoboli spopondisse. Parato autem Gabinio bellum parthis iferre Ptolomæus impedimento fuit. Qui reuersus ab Euphrate petebat ęgyptum Hyrcano & Antipatro amicis usus ad omnia quæ militię necessitas exigebat. Nam & pecuniis & armis eum & frumento: Antipater auxiliis adiuuit. Et iudæis in ea parte uias quę pelusium ducerent obseruantibus transmittere Gabinium persuasit. Alia uero Syria discessu Gabinii commota & iudęos iterũ alexander Aristoboli filius ad discessionem reduxit: & maximã multitudinẽ conflata Romanos oẽs qui per omnẽ terrã degerent obtrũcare decreuerat. Quã rem Gabinius metuens iam. n. ex Egypto redierat. Hoc tumultu instãte nõnullis dissidentiũ prędisso Antipatro concordiã ꝑsuasit. Cũ alexandro aũt milia. xxx. remãserant: & ille ad bellũ ꝑm

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptus erat. Itaq; ad pugnã egrediť. Occurrũt aũt iudęi & circa mentẽ itabiriũ cõgressi: decẽ milia ſternunť: cęterã uero multitudinẽ fugus diſperſit. Et gabinius in hieroſolymã regreſſus. id. n. antipater uoluit rẽp. eius cõpoſuit. deindę hinc ꝓfectus Nabatheos pugna ſupat: & mitridatẽ & orphanẽ a parthis ꝑ fugas clam dimittit. eoſq; militibus aufugiſſe firmauit. Cap. xix. Interea craſſus ei ſucceſſor datus ſyriã ſuſcepit. is in ꝑthice militię ſumptũ & omnẽ aliud aurũ tẽpli quod Hieroſolymis erat abſtulit: & a quibus Pompeius tẽperauerat duo milia talentoꝝ. Euphratẽ uero tranſgreſſus & ipſe periit & exercitus eius: de quo nõ eſt huius tẽporis cõmemorare. Poſt craſſum aũt ꝑthos in ſyriã properantes caſſius inhibuit receptus. Prouincia aũt fauore eius quęſita in iudęã feſtinabat: captiſq; taricheis prope ad tria milia iudæoꝝ adducit i ſeruitiũ. Occidit aũt etiã piſilaũ ſeditioſos ariſtoboli colligẽtẽ: cuiꝰ necis ſuaſor erat antipater. Cap. xx.

Huic aũt ꝓnupta fuit ex araba nobilis fœmia noie Cypris: unde filios. iiii: phaſelũ & regẽ herodẽ & ioſephũ & pherorã & Salome filiã habebat. Cũ aũt omniũ q ubiq; potẽtes eſſent amicitia hoſpitiis familiaritates cõquireret: ꝑcipue regẽ arabũ ꝑ affinitatẽ ſibi ſociauit: eiuſq; fidei cõmẽdans filios ſuos ad eũ miſit. qm̃ bellũ cum ariſtobolo gerẽdum ſuſceperat. Caſſius autẽ cõpulſo ad orium per cõditiones alexandro ad euphratẽ reuerſus eſt parthos tranſitu prohibiturus de qbus alio loco referemus. Cæſar aũt poſt ſenatus & põpeii fugã trans mare ionium rebus omnibus romaq; potitus ſolutũ uincula Ariſtobolum cũ duabus cohortibus uelociter in ſyriã miſit: & hanc facillime & cuncta Iudęæ proxima ꝑ illum ſubiici poſſe ratus. Verũ & ſpem cæſaris & ariſtoboli alacritatem ꝓcceſſit inuidia. Nã ueneno peremptus a põpeii ſtudioſis aliquãdiu etiam ſepultura in ſolo patrio carebat: corpuſq; mortui ſeruabatur melle conditũ. Donec ab antonio iudæis iuſſum eſt in monumentis regalibus ſepelliendũ. Occiditur autẽ alexander quoq; filius eius a ſcipione ſecuri percuſſus antiochæ ſectandũ pompeiũ litteras accuſatione pro tribunali prius habita ſuper his quæ in romanos admiſerat. Ptolomæus aũt manet filius qui apud calchida ſub libano morabať captis eius fratribus filiũ ſuum philippionẽ qui eos accerſeret: mittit aſcalonẽ atq; ille abſtractum ab ariſtoboli coniuge antigonũ eiuſq; ſorores adducit ad patrem. A more aũt minorem earũ coniugio ſuo copulat: ob eamq; poſtea cauſam a patre occidit. Accepit. n. ptolomæus in matrimoniũ alexandrã perempto filio: huiuſq; affinitatis gratia fratris eius propenſiore cura tuebatur. Antipater autẽ pompeio iam mortuo in clientelã cęſaris ſeſe cõtulit: & qa mitridates pargamenus ab acceſſu peluſi prohibitus cũ exercitu quẽ ducebat in ęgyptũ apud aſcalonẽ morabatur. Non ſolũ arabas quamuis hoſpes eſſet auxilium ferre perſuaſit. Verum & ipſe armata iudæorũ tria circiter milia ſecum mouit. Excitauit autẽ prędidio ſyriæ quoq; potentes & incolam libani ptolomęum etiã plicum & ptolomęum quoꝝ gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellum pariter inchoarũt. Iamq; fretus mitridates auctis ꝓpter antipatrũ copiis peluſiũ proficiſcitur. Et quia tranſire uetareť ciuitatẽ obſidebat. Antipater uero & in hac oppugnatione clarus enituit. Effracto. n. ex parte ſua muro primus in ciuitatẽ cum ſuis comitibus inſiluit. & peluſium quidẽ capta eſt: ulterius autem progredi non ſinebant: iudæi & ægyptii terrarum incole qui appellantur onium. Quibus tñ antipater non modo ne obſtarent uerumetiam ut victui neceſſaria præberent militi perſuaſit. Vnde factũ eſt ut nec mẽphite in manus uenirẽt: ultroq; ſeſe traderent mitridati atq; ille delato peragrato pugnam cum cæteris commiſit ægyptiis in loco cui nomẽ eſt iudęon ſtraton pedon: cũq; in acie omni dextro cornu periculo liberauit antipater circũgreſſus fluminis ripã. Leuum. n. cornu contra ſe poſitum ſuperabat. Facto aũt in eos impetu qui mitridatẽ proſequerenť multos occidit:

tamdiu quę reliquos fugientes angebat: donec etiam caſtris eoꝝ potitus eſt. lxxx. tantum de ſuoꝝ numero amiſſis. Octingentos aũt fere mitridates cũfugerat perdidit. Præterꝫ ſpẽ uero ſeruatus ex ꝓlio uacuus inuidia teſtis reꝝ ab antipatro geſtaꝝ fuit apud cæſarẽ. Vnde ille tũc quidem antipatrũ petit laudibus incitatũ ad ſubeunda pro ſe pericula reddidit prõtionem. In quibus oĩbus bellator audaciſſimus cõprobatus: multaq; per peſſus uulnera toto corpore gerebat: ſigna uirtutis diſertæ. Poſtq̃ aũt rebus in ægypto cõpoſitis ad Syriã rediit & Romana cũ ciuitate ſimul & immunitate donauit: aliiſq; rebus honorando amiciſſimeq; tractãdo dignũ emulatione cõſtituit: eiuſdẽq; gratia etiã pontificatũ cõfirmauit hyrcano. Cap. xxi. Eodẽq; tpe Antigonus quoq; Ariſtoboli filius cũ ueniſſet ad cæſarẽ maioris prętер opinionẽ fœlicitatis cãm prębuit Antipatro. nam qui de patris morte queri deberet ꝓp inimicitias põpei: ueneno quantũ putať perempti: & crudelitatis in fratrẽ accuſare ſcipionẽ: nullũq; inuidie dolorẽ admiſcere miſeriis. Vltro hoc Hyrcano & Antipatro criminabať ueluti ſe patrio loco cum fratribus iniqſſime pellerent: multiſq; gentẽ iniuriis afficerent: dummõ ſociarenť q.q; in ęgyptũ auxilia ipſi cæſari nõ beniuolentia: ſed timore ueteris diſcordiæ miſerint: & ut amorẽ põpei deprecarenť. Ad hęc Antipater ueſte proiecta multitudinẽ uulnerum demonſtrabat: & qua fide quidẽ cęſarẽ coluiſſet uerbis non eſſe opus dixit. Nã corpus ẽt ſe tacente clamare: antigoni aũt mirari audaciã: qui cũ hoſtis Romanoꝝ fit filius & fugitiui Romanoꝝ nouarũq; reꝝ ſtudiũ uotũq; ſeditioſum patris habeat apud Romanoꝝ principẽ alios accuſare conať: boniq; aliquid adipſci tentaret quẽ hoc ſolũ oportеret amplecti: quod uiueret. Nãq; eũ tam nunc propter inopiã deſiderare facultates: ſed ut in eos qui ſe dediſſent iudæorũ ſeditiones accẽderet. Quæ ubi cæſar audiuit Hyrcanum quidẽ pontificatu digniorẽ eſſe pronunciauit Antipatro autẽ cuius uelit poteſtatis detulit optionẽ. Qui ꝓmiſſa dignitatis mẽſura ipſi qui daret iudęę procurator declaratus eſt. Et ꝓter hoc impetrauit ſubuerſa patrię mœnia renouare ſibi licere. hos qdem honores cęſar incidendos in capitoliũ miſit: ut iuſtitię ſuę uirtutiſq; ſignum Antipatri memorię traderet. Antipater uero ubi de Syria cæſarem proſecutus eſt in iudæã reuerſus ante omnia patrię muros a põpeio dirutos reparabat: omniaq; luſtrãdo ne quid in illis regionibus turbatũ eſſet: nunc in terminando: nunc etiã ſuadendo curabat unũ quẽq; admonens: q; ſi cum Hyrcano ſentirent in otio atq; opulentia uicturi eſſent: fortunis ſuis & omni pace potituri ſint ſpe uana ducerent: eorũ qui priuati quęſtus gratia res nouas optarent. Se quidẽ non procuratorem ſed dominũ omnium Hyrcanũ uero tyrannum pro rege: itẽq; romanos & cæſarẽ hoſtes pro amicis & rectoribus habituri: neq; enĩ paſſuros huius poteſtatẽ labefactari: quem ipſi regẽ conſtituiſſent. Sed quamuis hoc diceret tamen etiã per ſe quoniam Hyrcanum ſegniorem uideret: nec tam efficacem ſicut regni poſceret ſollicitudo: ſtatim prouincię componebat. Et ſic phaſelum quidem natu maximum filiorum ſuorum militi præpoſitũ Hieroſolymis eiuſq; territorio prędecit. Herodem uero ętate poſteriorem nimiſq; adoleſcentem galileę deſtinat ſimilia curaturum: qui cum natura ſtrenuus eſſet cito materiam ubi ad magnitudinem exerceret inuenit: captumq; latronum principem Ezechiam quem prędari maximo agmine continentia Syriæ deprehendit: ipſumq; alioſq; latrones multos interfecit. Eaque res adeo grata fuit Syriis: ut peruicos & opida caneretur herodes ueluti per eũ pace reddita & poſſeſſionibus reſtitutis. Ex huius deniq; operis gloria ſexto etiam cęſari propinquo magni Cęſaris & Syriam tunc adminiſtranti eſt cognitus. Cap. xxii.

Quin & phaſelus fratris indolem contentione bona ſuperare certabat augẽdo ergа ſe benuolentiam hieroſolymis habitãtiu n atq; illam quidẽ ciuitatem poſſidens nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem contumelioſe per inſolentiam poteſtatis admittens. hinc antipater & obſequiis regalibus ab ea gente colebat: & honores ei tanq̃ rerũ domino omnes habebant. Nec tamen ipſe propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verũ fieri nõ poteſt ut li uore quiſq̃ in ſecũdis rebus effugiat. Nãq̃ hyrcanus quamuis & antea tacite ſua ſpote mordebat adoleſcentiũ gloria maxime rebus ab Herode bene geſtis & crebris nuntiis laudes eius per ſingula facta prædicantib9 augebat. A multis tamen inuidis qui regnis adhęrere ſolent: qbuſq̃ antipatri eiuſq̃ filiorũ ꝓbitas officiebat inſtigabat: dicẽtib9 q̃ Antipatro & filiis eius rebus traditis ſolo cõtentus & hac poteſtate uacuo regis nomine ſederet. Et quamdiu ſic errabit ut in ſe reges producat. Nec enim eos uel ſimulare iam procurationẽ: ſed certe eſſe dominos ipſo reiecto: cuius nec mandatis nec epiſtolis præter iudæorum legem tãtam multitudinem peremiſſet Herodes: illumq̃ niſi regnet: ſed adhuc priuatus ita ad iudicium uenire debere rationẽ tam ipſi regi quam patriis legibus redditurum: quæ indẽnatos occidi nõ ſinerent. His paulatim accẽdebatur hyrcanus. Ad extremum autem ad iracundiam prouocatus cauſam dicturum herodẽ iubet accerſiri: atq̃ ille & patriis monitis: & q̃ ei fiduciã res geſtæ darẽt munita prius galilea præſidiis ad regem proficiſcitur. Ibat tamen cum forti caterua ne uel derogare uideret hyrcano: ſi plures duceret uel inuidię nudus pateret. Sextus autẽ cæſar adoleſcenti metuens ne quid apud inimicos deprehenſo malifieret ad hyrcanum mittit: qui ei manifeſte denũciarent: ut homicidii crimine liberaret herodem. Hyrcanus autem qui eum dilige ret: per ſe quoq̃ id cupiẽs abſolutionem decernit. Atq̃ is iuito rege fugiſſe ratus damaſcum receſſit ad ſextum: nequaq̃ paratus obedire ſi denuo fuiſſet accitus. Rurſumq̃ a nequiſſimis irritabatur hyrcanus firmatum herodem abiiſſe firmantibus: & ut ſe contra eum inſtrueret properaſſe. Hæc autem rex uera eſſe exiſtimans quid ageret neſciebat: quoniam potentiorem inimicum uidebat. Cum uero a ſexto cęſare dux militũ per Syriam itemq̃ ſamariam declaratus eſſet herodes: neq̃ ſolum propter gentis fauorem: ſed etiã uiribus ſuis terribilis putaretur: ad timorem ultimum decedit: iamiãq̃ illum cõtra ſe credens cũ exercitu eſſe uenturum. Neq̃ opinione deceptus eſt. Nanq̃ herodes intentatæ ſibi occiſionis iracundia: conflatam militum multitudinem hieroſolymam ducebat: ut hyrcanũ regno deponeret. Idq̃ feciſſet niſi pariter egreſſi pater & frater fre giſſent eius impetum deprecãtes ut & ipſe ad uindictam miniſtrandã: ſolaq̃ indigna tione mitigaretur: regi autem parceret ſub quo ad hoc potentię proceſſiſſet: ac ſi ꝓpte rea q̃ in iudiciũ uocatus eſſet idignaretur quia tamẽ abſolutus eſt gratias ageret: neq̃ triſtibus quidem paria referret ſaluti uero eſſet ingratus. Quod ſi etiã momenta bellorum reputanda uiderentur iniqtatem militiæ cõſideraret: neq̃ omnino de uictoria bene ſperaret qui cum rege cõgreſſus eſſet una ſecum educato: & ſæpe quidem benemerito: ſeuo autẽ nunq̃: niſi q̃ maliuolorum conſiliis impulſus umbram ei tantum iniquitatis admouiſſet. paruit his herodes qui ſperatis putauerat poſſe ſufficere: ſuaſq̃ uires demõſtrare nationi. Cap. xxiii. Et inter hęc diſcordia Romanorũ circa appamiã bellumq̃ domeſticum oritur: quoniam Cecilius baſſus fauore Pompei ſextũ cæſarem dolo necauerat: eiuſq̃ militẽ occupauerat. Illi uero cæſaris duces mortis eius ulciſcendæ gratia cunctis uiribus baſſum petebant. Quibus cum tam interempti quã ſuperſtitis cæſaris cauſa ambobus eſſet amicus antipater per filios ſuos miſit auxilia. Cũ aũt bellũ traheretur ex italia qdem ſucceſſor antedicti ſexti uenit Marcus. Cap. xxiiii.

Eodem tempore bellũ inter romanos cõflat: dolo Bruti & Caſſii Cęſare interfecto: Poſtq̃ triennium ſeptemq̃ menſes tenuit principatum. maximo autem motu cædis eius gratia concitato: & optimatibus inter ſe diſſidentibus, propria ſpe quiſq̃ ducebatur ad

id quod exiſtimabat eſſe commodius. Itaq̃ Caſſius ſyriam petit occupaturus Militem qui Apameam circunſedebat: ubi & Marcũ & diſſidentes cohortes Baſſo cõciliauit: ſimulq̃ obſidione liberauit Apameam. ipſe uero exercitũ ducens ſtipẽdium ciuitatibus idicebat: nec modus erat exactionũ. Cũ aũt iudęos ſeptigẽta quoq̃ talẽta iuſſiſſet iferre, minas eius uetitus Antipater filiis ſuis & aliis amicis maturæ pecuniæ cogendæ curã diſtribuit. & iter eos malicho cuidã ex inimicis neceſſitas adeo urgebat. Primus aũt herodes caſſii fauorẽ promeruit: qui ex galilea parte ſua centũ talenta portauit: propterea q̃ iter eximios amicos nũerabat. At uero cęteros tarditatis arguẽs caſſius ipis ciuitatib9 iraſcebat. Eoq̃ Reguſnã & Tamaũ & duas alias ex uilioribus depopulatus: ibat q̃dẽ quaſi malichũ interfecturus: q̃ remiſſior in exigendo fuiſſet. Verũ & huius & cęterarũ ciuitatum interitũ repreſſit antipater centũ illico talentis caſſio delinito. Nequaq̃ tamẽ Malichus poſt obitũ caſſii beneficiorum antipatri memor fuit. Sed illi ipſi quẽ ſępenumero ſeruatorẽ fuiſſe ſui nouerat periculũ moliebat iniquitatis ſuę impedimentũ abolere feſtinãs. Itaq̃ antipater & uires eius & calliditatẽ metuens: flumen trans iordanem abiit ad ulciſcendas inſidias congregaturus exercitũ. Deprehenſos autẽ malichus antipatri filios inprudentia ſuperat. Nam & phaſellũ apud hieroſolymã præſidis appoſitũ: & herodẽ qui cuſtodias curabat ad murũ multis excuſationibus & ſacramentis circunuentos impellit: ut ipſis intercedentibus reconciliaret antipatro. atq̃ ita denuo per antipatrum exorato Marco tunc in Syriam militẽ regente ſeruatus eſt: qui malichũ ſtatuerat occidere: quod nouis rebus ſtuduiſſet. Cæſare uero adoleſcente: & Antonio cũ Bruto & Caſſio bellũ gerentibus: marcus & Caſſius exercitu de ſyria cõflato: q̃ magna pars ubi uſus poſcit Herodes fuiſſet: ipſum qdem totius Syriæ procuratorẽ pręficiũt equitũ illi manu peditũq̃ attributa. Si aũt bellũ deſiſtet: regnum quoq̃ iudeę caſſius ſe eidem delatur̃ eſſe pollicitus eſt: Euenit aũt ut antipatro & ſpes & fortitudo & filii cã mortis fieret. Horũ. n. metu malichus miniſtro quodã regio pecunia corrupto mixtũ ei uenęno poculũ dari perſuadet. Atq̃ ille qdẽ iniuſtitię Malichi palma fuit: poſt cõiurũ mortuus uir ad alia ſtrenuus rebuſq̃ adminiſtrandis idoneus: & qui regnũ recuperatũ conſeruaſſet Hyrcano Malichus infenſum propter ſuſpitionẽ ueneni populũ purgãdo placabat: ſimulq̃ ut ualidior eẽt: armator̃ ſibi copias conquirebat. Nec. n. Herodem ceſſaturum arbitrabat: quin etiã mox cum exercitu necis paternæ ultor aduciret. Sed phaſeli fratris conſilio qui eũ palam minime perſequendum eſſe dicebat: ne uulgi ſeditio cõcitaretur: & purgãtem ſe tũc Malichum patienter admiſit: & ſuſpitione liberũ eſſe cõcedens clariſſimas paterno funeri celebrauit exequias. Conuerſus aũt iu Samariã & ciuitatem cõpoſuit ſeditione turbatã: per quæ dies feſtos in hieroſolymã remeabat pręmiſſis comitibus armatis: nã timens impetũ cõpellebat Hyrcanus. Malichus aũt alienigẽas introduci ſuper indigẽas quod dies feſtos agerẽt prohibebat. Herodes aũt & ipſi quoq̃ parebat cauſiſq̃ cõtẽptis nocte ingreſſus eſt. Iterũq̃ Malichus ad eũ uenięs antipatrũ flebat. Contra quod ille ſe falli cũ uix dolorẽ peremeret ſimulabat. & tñ de nece patris apud Caſſiũ p epiſtolas queſtus eſt: Cui præterea Malichus iuſſus erat. Itaq̃ nõ modo ut mortẽ patris ulciſceret ei ſcripſit: ſed etiã chiliarchis: quibus ut in cauſa iuſta herodi opẽferrent occulte pręcepit. Et quoniã capta laodicea undiq̃ ad herodẽ conuenerãt optimates cũ muneribus & coronis, ipſe quidẽ hoc ultioni tẽpus deſtinauerat. Malichus aũt id tyri forte ſuſpicabatur: & filium ſuum tunc apud Tyrios obſidem ſtatuit ſubducere: & in iudęam fugam parabat. Salutis autem deſperatio ſtimulabat: ut etiam maiora cogitaret nam & iudęorum gentem contra Romanos excitaturum ſe credidit: dum bello aduerſus caſſium Antoniũ occupabat: deiectoq̃ hyrcano facillime regnaturum. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

profecto irridebat eius ſpem fatale decretum. Et enim quo intenderet animū ſuſpicatus: herodes & ipſum hyrcanū prope aſtantē ad cenā uocat. Deinde ſeruoꝝ quendā inſtruendi conuiuii ſpecie introīttit. Sed res erat ut chiliarchis prædiceret ad inſidias egredi: atq; illi præceptorū caſſii memores ad litus ciuitati proximū armati gladiis exierunt. Ibiq; circūſeptū malichū multis uulneribus interficiūt. Hyrcanus autē ſtatī cōcidit ſtupore diſſolutus: uixq; anima recepta herodē percunſtabat: quis malichū occidiſſet. Et cum ex chiliarchis unus reſpondiſſet caſſii præceptū, plane inquit & me & patriā meam caſſius ſeruabit incolumē: qui amborū inſidiatorē peremit. Vtrum autē id inuidia dixerit: an q timore factum probaret, incertū eſt. Sed enim in malichū hoc eſt modo ulctus herodes. Poſtq; uero caſſius exceſſit e ſyria, iterum hieroſolymis orta ſeditio eſt. Cū Fœlix in phaſellum mouiſſet exercitum: & in herodem fratris pœna uellet necem malichi uindicare: Caſu autē herodes cum Fabio romano duce apud damaſchū habitabat. Et ne cupiens auxilio foret morbo impediebant. Interea tamē phaſellus etiā ſine cuiuſq; pręſidio ſuperauit Fœlicem: probrūq; ingrati obiiciebat hyrcano: qui & fœlici ſtuduiſſet: fratriq; malichi caſtella occupanti coniurauerat. Iam enim multa tenuerat: omniūq; tutiſſimū maſadā. Nec tamen ei quicq; contra uim herodis potuiſſet ſufficere: qui mox ut conualuit alia recepit. Et illū ex maſada ſupplicem dimiſit: & Marionem tyriorum tyrannum ex galilea pepulit. Trienniū caſtella poſſederat: tyriiſq; quos cœperat uitam cōceſſit omnibus: nonnullos etiā donatos abire permiſit: una & ſibi ciuitatis beniuolentiam: & tyranno comparans odium. Marion autē a caſſio quidem meruerat tyrannidem: qui tot ſyrię tyrannos præfecerat. Sed ob herodis inimicitias etiā Antigonū & Ariſtobolū ſecum ducebat & ptholomeum ꝓpter fabianum quē antigonus pecunia ſibi ſociatū adiutorē incepti habebat. Cuncta uero ſocer ptholomeus antigono ſubminiſtrabat. Contra quos herodes inſtructus in aditu iudęę commiſſo prælio uictoria potitur. Fugatoq; antigono redit in hieroſolymam: pro merito geſte rei omnibus carus: ut etiā quibus antea deſpectus erat: tunc in eius familiaritatem ſeſe dederint propter hyrcani affinitatē. Nanq; is herodes iam pridē ex indigenis habebat uxorem non ignobilem quæ Doſis uocabatur: & antipatrū ex ea ſuſceperat filium. Tūc autē dux erat alexandri: cuius pater fuit ariſtobolus: filiā mariāmē hyrcani neptē ex filia atq; ide regi familiaris erat. Sed ubi caſſio circa philippos interfecto Cæſar in Italiā: & Antonius in ſyriam diſceſſerunt: & legatis ab aliis ciuitatibus ad antoniū miſſis in bithyniam etiā iudæorum optimates accuſatū uenīunt phaſellū & herodē. q; illis rerum ſummā ui poſſidentibus nomen tantum honorabile ſupereſſet hyrcano. Atq; herodes qui præſto erat magna pecunia placatum ſic Antonium affecit: ut ne uerbū quidem inimicorum eius pateretur audire. & tunc quidem ita digreſſi ſunt. Cum autem denuo iudæorum principes centum uiri antiochię proximam daphniem ad antonium ueniſſent iam amori cleopatræ ſeruientem delecti a cæteris qui eloquentia & dignitate præſtabāt aduerſus fratres accuſationem proponūt. Reſpondebat autem Meſſala cauſæ defenſor aſtante etiam propter affinitatem hyrcano. Auditis deinde utriſq; partibus antonius percontabatur hyrcanum: qui nam eſſent regendis rebus aptiſſimi. Cumq; is herodem eiuſq; fratres aliis prætuliſſet, uoluptate repletus (Nam & hoſpes eorum paternus erat: humaniſſimeq; ab antipatro ſuſceptus eo tempore quo in iudæam cum gabinio uenerat) tetrarchas ambos declarat: totius eis iudeæ procuratione permiſſa. Legatis autem id egre ferentibus. xv. eorum correptos carceri tradidit: quos etiam pœne occidit. Cæteros autem reiecit cum iniuria: unde maior tumultus Hieroſolymis excitatus eſt. Deinde mille legati iterum tyrum miſſi ſunt: ubi commorabatur Antonius in Hieroſolymam paratus irruere.

Et contra eos uociferantes magiſtratus tyriorum directus: data ei licentia ut quos comprehendiſſet, occideret: præceptoq; ut eoꝝ poteſtatē confirmare curaret: q tetrarchæ ipſius cēnt antonii ſuffragio cōſtituti. Ante hoc aūt herodes uſq; ad litus cū hyrcano progreſſus multis eos admōebat: ne & ſibi interitus & patriæ belli cā fierent: dum incōſiderate cōtendūt. Illis aūt tāto magis id īdigne ferētibꝰ, Antoniꝰ miſſis armatis multos occidit: multos ēt uulnerauit. Quoꝝ & faucios cura: & mortuos ſepultura hyrcānus dignatꝰ eſt. Nō tñ ideo q effugerant, qeſcebant: pturbādo enī ciuitatē antoniū irritabāt: ut ēt quos in uinculis haberet, occideret. Brazaphane aūt parthorū ſatrapa Syriā bienniō poſt cū regis filio Pacoro detinēti Lyſanias patris ſui mortui ſucceſſor Ptolomei manei filii mille ſatrapæ talēta pollicitus: & mulieres quingētas: ei ꝑſuadet ut Antigonū i regnū induceret: hyrcanūq; deponeret. Impulſus igit̄ ab eo pacorus ipſe qdem per maritima loca perrexit. Barzaphanem aūt itinere mediterraneo iuſſit irrumpere. Sed mari ti moꝝ tyrii pacorū excluſerunt. Cum ptolomeus eū: & ſidonii receperūt. Ille aūt quendam regiū miniſtrum cognomine ſuū: equitatus ei parte atributa ad iudęos iuſſit accedere: & exploraturum hoſtiū conſilia: & ubi uſus exegiſſet, præſidio futurū antigono. Plurimi aūt eoꝝ qui carmelum populabant̄ iudęi, ultro ad antigonū currunt ad irruēdum acriter animati. Ille aūt ad locū qui drimas dicit̄ occupandū, eos ꝑmittit: ubi cōmiſſa pugna: depulſiſq; hoſtibus & fugatis, hyeroſolimā curſu petebāt: auctiq; multitudine uſq; ad regiā proceſſerunt. Excepti aūt ab hyrcano & phaſelo, forti acie in foro cōfligunt. Ibiq; hoſtes in fugā uerſos: pars herodis in fanū cōcludit: cuſtodeſq; his ſexaginta uiros apponit: p ædes ꝓximas collocatos. Sed hos q̄dē infenſior fribus pol's igni cōſumit. Herodes aūt iracundia peremptoꝝ, cōgreſſus cū populo multos obtruncat: inq; dies ſingulos inuicē ſeſe per inſidias incurſantibus aſſidue cædes erant. Inſtante uero die feſto qui pentecoſte uocat̄: omnia circa templū: totaq; ciuitas plebe ruſtica repleta eſt: & plæraq; armata. Et phaſelus quidē muros: herodes quidē cum paucis domū regiā cuſtodiebat. Inuaſiſq; de improuiſo hoſtibus in ſuburbāo cōplures quidē peremit: omnes aūt in fugā cōuertit. Et hos i ciuitate: alios in fanū: alios in extremū uallum concludit. Cap. xxv. ¶ Interea pacis arbitrū pacoꝝ Antigonus & petit & admittit. Exoratus aūt phaſelus & ciuitate & hoſpitio eū equitibus quingentis parthū recepit: ſed ante quidē ſpecie cōcordiæ ueniēntē. Re aūt uera ut adiuuaret antigonū. Deniq; phaſelū dolo pepulit ad Brazaphanē legatos de cōpoſitione mittere: quāuis multa diſſuadente herode: atq; ut inſidiatorē occideret. Neue ſe eius fallacis dederet: admonente n. natura barbaros fidē negligere. Exiit ēt pacorꝰ cū hyrcano quo minus ſuſpectus eēt: nonnullisq; relictis eqtibus apud herodē: quos eleuitheros uocāt: cū cæteris phaſelū pſequebat̄. Sed ubi ad galyleā uenerūt: īdigenas qdē diſſidentē atq; armatos offendunt. Satrapā uero cōueniunt ſatis callide: & officiis amicitiæ dolos tegentē. Deniq; poſtq̄ dona eis dedit redeūtibus inſidias poſuit. Illi āt in maritimū quendā locū deducti cui nomen ē edipon: fraudē intellígūt. Ibi. n. de ꝓmiſſis mille talētis audierūt: & q; Antigonꝰ pleraſq; mulieres ex his q̄s ipſi haberēt inter qngētas partes deuouiſſet: quodq; ſibi ſemper a barbaris ſtruerent̄ inſidiæ. Olym. n. capti cēnt niſi mora fuiſſet: dū hieroſolymis caperet̄ herodes: ne ſibi pręſciens quę de his agerent̄ caueret. Hęc iam non uerba erāt ſolum: nā & cuſtodes haud procul abeſſe cōſpiciebat. Et tamē phaſelꝰ hyrcanū deſerere nō paſſus eſt: quamq̄ eū ſępius moneret ut fugeret: cui Saramalla ſyrioꝝ tunc ditiſſimus dixerat: quemadmodū eſſent oīa de inſidiis cōſtituta. Sed cōuenire ſatrapā maluit atq; mox exprobrare: q; ſe inſidiis appetiiſſet: ac maxime quia pecuniæ cauſa talis extiſſet; cū plus ipſe pro ſalute daturus eſſet: q̄ pro regno promiſiſſet antigonus. Ad hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

parthus ſubdola ſatisfactiõe: iuriſq; iurãdi ſuſpitionẽ deprecatus perrexit ad pacorum. ſtatimq; a parthis qui remanſerant: quibus iuſſum erat phaſelus atq; hyrcanus cõpręhenderentur: per iniuriã ſimul ac per inuidiã execrantes. Et interim miniſter ad hoc miſſus herodem capere moliebatur. Eumq; fallere ut extra murũ procederet: ſicut ſibi mandatũ fuerat conabatur. Ille autẽ ſuſpectos habere ſolitus ab initio barbaros: & tũc mini me dubitans in hoſtes incidiſſe litteras: quæ inſidias proderent indicare nolebat: quãq; ſatis idoneam cãm pacorus prętenderet: epiſtolas portantibus obuiam ire debere: nec enim aut ab hoſtib⁹ eſſe captos: aut quicq̃ de inſidiis: ſed quę phaſelus geſſiſſet his cõtineri. Iamdudũ autẽ ab aliis audierat herodes fratrem ſuũ phaſelum eſſe corruptum: & hyrcanũ filia Mariãne prudentiſſima fœminarũ multis cum precibus ne proderet orabat: neue ſe crederet manifeſtis iam conatibus barbarorũ. Adhuc aũt Pacoro cũ ſociis deliberante: quonammodo clam pararet inſidias: nec enĩ fieri poſſet ut tantę ſapientiæ uir ex aperto circũueniret. Nocte herodes cũ propinquiſſimis ſibi perſonis ad idumeã ignaris hoſtibus proficiſcitur. Eo cognito parthi eũ proſequebant. Et ille matrem qdẽ fratreſq; ſuos: deſponſatãq; puellã cum matre: minimoſq; fratres prætẽdere iter iuſſit. Ipſe autẽ caute cum famulis ſuis barbaros retentabat: multiſq; per omnes cõflictus interẽptis: ad caſtellũ Maſada properabat. Grauiores autẽ in fuga parthis iudæos exertus eſt. Qui cũ ſemper moleſti fuiſſent: a ſexageſimo tñ ciuitatis ſtadio aliquãdiu etiam acie decertauerunt. Vbi herodes uictoria potitus cum multos interfeciſſet: ipſumq; locum in memoriam clari facinoris ędificatũ locupletiſſima exornauit regia: arcemq; in eo munitiſſimã cõdidit: ac de ſuo nomine herodion uocauit. Et tũc quidem cũ fugeret multi ſe applicabant. Poſtea uero quã de idumea uenit occurrit ei frater loſippus: turbãq; ſe quentiũ diminui perſuadet: nec enim capacẽ eſſe multitudinis maſadam. Erat aũt ſupra quã nouem miliũ multitudo. Itaq; paruit herodes eius cõſilio: & impares quidẽ neceſſitati per idumeam dimiſit cũ uiatico: lectiſſimos autẽ maximeq; neceſſarios tenuit: atq; ita in caſtellũ receptus. Deinde octingẽtos qui mulieres defenderẽt: itẽq; cõmeatu qui ſatis eſſet obſeſſis ipſe in petram ciuitatẽ arabiæ prexit. Parthi autẽ apud hyeroſolimã in prædã uerſi: in fugientiũ domos ac regiam irruebant: ſolis hyrcani pecuniis obſtinẽtes: quę. ccc. talenta ſuperabant: alioq; uero ſpe minores inueniebant. Quoniã herodes iam pridem barbarorum perfidiam ſuſpicãs: quicquid erat in opibus precioſum idumęam multo ante cõportauerat: eiuſq; ſociorũ itidẽ quicq; fecerat. Verumtamẽ poſtq̃ pręda potiti ſunt parthi ad hoc iniurię proceſſerunt: ut omnem terrã illam bello implicato replerent: Mariſacũ quoq; ciuitate uaſtata: nec ſolũ antigonum regẽ conſtituerent: uerũ etiã phaſelũ & hycanũ uinctos ei traderent uerberandos. At ille hyrcãi qdem auriculas dẽtibus truncat: ne ſolutus quidẽ mutatis rebus unq̃ pontificatũ recipiat: ab itegris enim celebrari ſacra oportet. Phaſeli uero uirtute pręuentus eſt. Qui cũ nec ferri copiam: nec manus liberas haberet: ad ſaxum fracto capite interiit: atq; ita probato q⁹ uerus herodis frater eſſet: hyrcanusq; degeneraſſet uiriliter uita functus: dignũ operibus humanis obtum aſſecutus. Fertur tamen & aliud q⁹ ex illa quidẽ plaga reſipuerit: ſedueluti curandi eius cã miſſus ab Antigono medicus uenenis malis uulnus expleuerit: eoq; illum pacto peremerit. Vtrumuis aũt uerius ſit: præclarũ habet initiũ. Deniq; aiunt eum priuſq̃ efflaret animã: cognito ex quadã muliercula q⁹ herodes euaſiſſet dixiſſe. Nunc bono animo decedam: qui ultorem inimicorũ uiuum reliquerim. Ille quidẽ ſic moritur. parthi autem quamq̃ mulieribus caruerunt quas maxime cupiebant: rebus tñ cũ Antigono apud hyeroſolimam compoſitis: uinctũ in parthiam hyrcanum ducunt. Herodes autẽ obſtinatus in arabiã uelut adhuc uiuo fratre ſuo feſtinabat: ut pecunias ab rege accipe

ret quibus ſolis exoratã iri pro phaſelo ſperabat auaritiam barbarorum. Etenim reputabat ſi arabs minus memor fuiſſet paternę amicitiæ: animoq; liberali parcior: uel mutuũ ab eo ſumere: quod redẽptionis cauſa pręberet: pignori oppoſito ipſius filio quẽ redimeret: Secũ enim habens fratris filium ſeptẽ annis natum. ccc. quæ talenta dare decreuerat interpoſitis precatiõe tyriis. Sed profecto ſtudiũ fortuna pręuenerat: & phaſelo mortuo ne qcq̃ fratrem diligebat herodes. Non tamen uel apud arabas ſaluã eſſe amicitiã reppe rit. Deniq; Malichus rex eo⁹ pręmiſſis qui hæc admonerent quãprimũ reuerti eũ a finibus ſuis iubet: ſimulatione quidẽ parthos per legatos petiſſe: ut herodẽ arabia pelleret. Certa uero cauſa fuit q⁹ uicem Antipatro debitã negare ꝓpoſuerat. Neq; beneficiis ab eo perceptis aliquid eius filiis gratię rependeret conſolatione egentibus. Impudentię uero ſuaſores habebat qui antipatri uellent obiurare. Depoſita erant aũt circa eum potentiſſima. Proinde herodes quidem ubi arabas ex ea cã hoſtes eſſe deprẽhendit: unde amiciſſimos exiſtimabat: eaq; reſpondit nuntiis quę dolor imperabat: ægyptum uerſus recedit. Et prima quidem ueſpera in quoddã agreſte fanũ dũ poſt ueniẽtes recipiebat tendit. Poſtero aũt die cũ rinocururã perueniſſet: fratris ei mors nũtiat. Acceptoq; tanto luctu quanto curarũ depoſuit: ibat ulterius. Itaq; arabã ſero facti pẽnituit: & qui reuocarẽt eũ quẽ contumelioſe tractauerat uelociter miſit. Herodes aũt etiã tũc in peluſium puenerat: ibiq; tranſitu prohibitus: ab eius rei ſpeculatoribus rectores addit: & illi eum famã uiri dignitatẽq; reueriti: alexandriã proſequũtur. Trãſgreſſus aũt ad ciuitatẽ a Cleopatra honorifice ſuſceptus eſt: ducẽ ſibi militũ fore: eũ ad ea quę parabat exiſtimante. poſt habitis aũt reginę precib⁹ neq; hyemis aſperitatẽ: neq; marina diſcrimina: quominus nauigaret romã extimuit. Circa pamphiliam uero periclitatus maiore oneris parte ecta: uix in rhodum uehementer bello caſſii ſollicitante ſaluus euadit. Amicorum autem ſuorum Ptolomęi & Saphini receptus hoſpitio: licet rei pecuniariæ permeretur inopia: maximam tamen ædificat nauem triremem: eaq; cum amicis delatus Brunduſium: atque inde continuo Romam profectus: familiaritatis paternæ gratia primum conuenit Antonium: eiq; tam ſuas q̃ totius generis clades exponit: quodq; affectibus ſuis in caſtello at obſidione derelictis ad eum hyeme ſupplex nauigaſſet. Itaq; tãtæ miſerationis caſum miſeratus Antonius: & memoria quidem iunctæ cum antipatro dexteræ: tũc uero ipſius qui erat contemplatione uirtutis: etiam tunc regem cõſtituere propoſuit iudæorũ: quoniam ipſe tetrarcham ante fecerat. Non minus autem quam fauore herodis odio ducebatur antigoni. Hunc enĩ & ſeditioſum & romãis inimicum eſſe arbitrabat. Cæſarem quidem habebat multo quam ipſe paratius renouantẽ Antipatri expeditiões quas in ęgypto cum eius patre pertulerat: & hoſpitiũ & in rebus cũctis beniuolentiã: cũ præter hæc ipſius quoq; herodis efficaciam cerneret. Verũtamen & ſenatũ cõuocabat: ubi Meſſala: & poſt eũ Attratinus aſtante herode patris eius merita: & ipſius circa populũ romanũ fidẽ perſequebant: quo ſimul & hoſtem antigonũ demonſtrarent: nõ ſolũ q⁹ intra breue tẽpus bis diſſidere cæpiſſet: uerum etiã q⁹ antea quoq; populo romano deſpecto parthoꝝ ſuffragio regnũ curauiſſet accipere. His aũt cõmoto ſenatu cũ Antonius bello contra parthos gerẽdo: utile eſſe dicebat herodẽ regẽ creari oẽs aſſentiunt. Dimiſſo conſilio Antonius quidẽ & Cęſar egrediebant mediũ ſtipantes herodẽ. Conſules autem cũ aliis magiſtratibus antecedebãt cæſuri hoſtias: decretũq; ſenatus in capitolio de poſituri. Primo autẽ die regni herodis apud Antonium cœnatũ eſt. Cap. xxvi.

Eodem uero tẽpore Antigonus apud maſſalda incluſos obſidebat: aliis qdẽ uictu neceſſariis abundãtes: aquæ autem inopes. Vnde Ioſephus quoq; frater regis eum ducentis familiaribus ſuis ad arabas confugere cogitabat: audito q⁹ eoꝝ quę in herodem con-

miserat malichum poeniteret: castellumq; reliquisset: nisi circa noctem qua egressurus erat plurimū imbrium coutigisset effundi. A qua enim repletis puteis fugiendi causa nō erat ut iam ultro in antigoni militem eruptionis auderent: multosq; nunc aperto prelio: nunc insidiis neci darent: non tamen illis oia pro uoto cedebant: sed ipsi quoq; interdū cum aduerso casu reuertebantur. Interea dux romani militis uentidius prohibitū missus parthos a syria post illos in iudæā uenit: uerbo quidē ut Iosepho: & qui una obsidebant ferret auxiliū: re aūt uera ut pecunias auferret antigono. Itaq; cum non longe ab hierosolymis tetēdisset quæstu expletus: ipse quidē cum plurima exercitus parte discedit. Silonem uero cum paucis nefurto deprænderetur si oēs abduxisset reliquit. Antigonus autē sperans iterū parthos sibi adiumēto fore, Silonē iterim placabat: ut pēdēte spe nihil inquietaret. Iam uero nauī ex italia in ptolomaidā deuectus herodes: non parua manu coacta extraneoꝝ atq; gentiliū per galyleam aduersus antigonū properabat uentidii & silonis fultus auxilio: quibus dellius ab antonio missus ut herodē in regnū adducerent persuasit. Horū aūt uentidius qbusdā turbas in ciuitatib9 quę ꝓpter parthos euenerant componebat. Silonem uero antigonus in iudæa mercede corruperat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enī singulos quo magis iter promouebat: augebantē eius copiæ. Præter paucos enim omnis ei galylea cōsensit: & propositū habebat præmiū necessariū masadā ut primū affect9 suos obsidiōe liberaret: sed ipedimēto fuit ioppe. Hęc. n. pri9 q; hostilis esset eximēda uidebatē: ne dum ipse peteret hierosolymā tutamē a tergo aliquod inimicis relinqueretur. Etiā filio iungit agmina iuenisse gaudens resistendi occasionē: q; eum persecutio premeret iudæorum. Hos aūt herodes paruę manus excussione perterri tos mature in fugam uertit: & silonem male repugnantē periculo eripit. Deide capta iop pe suos deliberaturus ad masadā festinabat: cum indigenarum alios amicitia paterna sibi sociaret: alios ipsius gloria: nōnullos utriusq; uicissitudo debita beneficiis: plurimos tamen spes ut a rege certissimo. Iamq; uallidissimas quæsierat militū copias: & antigonus iter eius ipediebat: loca insidiis oportūa prēueniēs: unde nullum aut minimū afferebat hostibus detrimentū. Herodes autem facile receptis ex masada pignorib9 suis & reb9: a castello in hierosolymā perrexit. Cui se tam silōis milites: q; cęteri de ciuitate iunxerūt: uirium eius timore pculsi. Castris aūt positis in occidua regiōe oppidi custodes eius partis ipsum sagittis & iaculis imperebāt. Ab aliis uero per cuneos excurrentib9 primę frontis acies tētabantē. Herodes aūt primo circa muros prēconaria uoce declarari iussit: populi se bono & ciuitatis aduenisse: pœnasq; ab nullo quāuis manifesto inimico repetitu rū: sed discordissimis etiā offensarū obliuionē daturum. Deinde cū allocutionibus cōtrariis pars antigoni obstaret: quominus aut præcones exaudiret: aut uoluntatē mutare qs piā posset quod reliquū erat suis imperat muroꝝ defensores adulcisci: atq; illi statim sagittis cunctos ex turribus in fugā uerterūt. Ibiq; tunc silonis detecta corruptio est. Multis enim militū subornatis qui rebus egere se necessariis acclamarēt: pecuniāq; alimentis poscerent. atq; hyemādi gratia in loca oportuna dimitti. Nam ciuitati proxima deserta erant. Ita omnibus ab antigono ante prouisis & incitabat exercitū: & ipse recedere conabatur. Herodes aūt nō solū rectores qui silonī parerent: sed etiā milites ubi essent plurimi cōueniēdo rogabat: ne se destituerent quē scirent a cęsare & Antōio & senatu dedu ctū in uno die pollicitus eos penuria soluere. Deinde hoc precat9 ipse in agros abiit: tantāq; his copiā eōmeatus exhibuit: ut silonis oēs causatiōes pimeret: simulq; ꝓspiciēs ne uel in posterū ministrare desinerēt: accolas samarię per epistolas admōebat. Nā ciuitas eius secliētelæ dederat: ut alimēta & uinū & oleū & pecora i hiericūta deferrēt. Hæc ubi audiuit antigonus statim qui frumēto hostes ꝓhiberēt atq; insidias quibus opprimerē

tur per agros dimittit. Illiq; iussis obediunt: & magna iam manus armatoꝝ super hieri cuncta fuerat congregata. Discreti autē montibus insidebant: si qui exportarēt uictui ne cessaria speculantes. Non tn herodes ociosus erat: sed decē cohortibus comitatus: qnq; romanoꝝ & qnq; iudęoꝝ: qbus pmixti erāt ēt mercede cōducti. ccc. pedites ac præterea paucis equitibus hiericunta peruenit: & ciuitatē quidē uacuam habitatoribus repperit: quingentos uero cum mulieribus ac familiis montiū occupasse cacumina: & hos quidē captos dimittit. Romani aūt in reliquā ciuitatē irruunt eamq; diripuere: cum plenas domos offendissent oīgenum conditionū. Rex autē apud hiericunta præsidio collocato reuersus est rōanūq; militē in his quę sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumæa & galylea & samaria hyematurū dimisit. Antigonus quoq; silonis corruptione meruit: ut exercitus partē loddis susciperet in antigoni gratiā. Et romani quidē armorū cura soluti rebus oībus abundabāt. Herodes nō qescebat: sed idumeam duobus milibus peditum & quadringentis equitibus: misso etiā fratre suo ioseppo cōmouit: ne quid nouī cum antigono fieret. Ipse autem matre cū aliis quos ex masada liberauerat affectibus suis in samariam translata: ibiq; tutissime collocata: ut cętere Galyleæ subueniret atq; antigoni presidiū expelleret proficiscitur. Cunq; semphorim licet u ehemētissime ningeret peruenisset: facillime ciuitatem capit: custodib9 eius ante aggressionē fuga dilapsis: ibiq; suis militibus quos hyems fatigauerat recreatis. Erat enim magna copia cōmeatus aduersus latrones in speluncis agentes direxit animū: qui plęraq; illius regionis icursantes: nō minoribus quā belli cladibus afficiebant. Prēmissis autem tribus peditum cohortibus unaq; ala eq tum in uicū arbella: ipse diebus quadraginta post cū reliqua manu superuenit. Nec tn eius incursum hostes extimuere: sed armati obuiam procedebāt peritia bellatoris fisi & ferocitate latronis. Deniq; prelio cōmisso: dextro ipsorū cornu sinistrum herodis in fugā pellitur. Ille autem de suo dextro circungressus uelociter subuēit: & suos quidem a fuga retrahit. Irruendo autē in hostes ipetum persequentiū refrenabat: donec a fronte pugnātis uiolentię concesserūt: qui tamē eos usq; ad iordanē cædendo psequebatur: & magna fugientiū parte perempta, cęteri trans fluuiū dificti sunt: & galylea metu est purgata: nisi q; in speluncis latitantes relinquerāt: eorūq; causa diutius ibi morandū fuit. Quāobrem primū laboris fructum militibus rependebat. cl. nūmorū drachmas singulis diuidēdo: eorūq; rectoribus multiplicatā summā ad hiberna mittēdo. Pherorę autem fratri mīnimo scripsit: ut & foro uenalium consuleret: muroq; castellū alexandriū cingeret: quæ ab illo curata sunt. Itaq; circū athenas uersabatur antonius. Ventidius autē ad bellū contra parthos silonem atq; herodem accersit: mandato eis per epistolas: ut iudęę statū ante cōponerent. Sed herodes libenter ad uentidium silone dimisso: ipse aduersum latrōes in speluncis habitantes mouet exercitū. Istę aūt speluncę in prēruptis montibus erant undiq; inaccessæ: transuersosq; tantum ac perangustos ascensus habebant: saxumq; ab earꝝ fronte usq; ad fauces altissimas pertinebat: rectum uallibus iminens: ut aliquādiu q dē rex incertus esset ꝓ loci difficultate qd ageret. Postrēo aūt placuit ut munimine uteretur satis incauto. Etenim ualentissimus quisq; dimissis areulis exponebatur in hostia speluncarū. Hiq; cum familiis eos mactabāt: ignēq; repugnātibus iniiciebāt. Cūq; aliquos ex his cōseruare uellet herodes: ut ad se accederēt uocę pcōis edixit. Sed illoꝝ neq; uoluntariū se qsq; ei tradidit. Sed quos uis coegerat: multi eoꝝ mortē captiuitati ptulerūt. Vbi ēt senior qdā septē filiorꝝ pater orātes cū matre pueros ut egredi sibi ad fœdera pmitteret occidit hoc mō iussit singulis exire: ipse ad hostiū stabat: & ꝓdcūtē quēq; filiorū trucidabat. Herodes āt e specula hęc ꝓspiciēs: & dolore cōficiebatē: & ut filiis pceret: seni dexterā cū pcib9 porrigebat. Ille aūt dictis ei9 nequaq; mitior factus: insup uelut hu

milis animi cõtempsit herodẽ. Et post filios occidit uxorem: deiectisq; desuper mortuis: postremo semetipsum percipitẽ misit. Speluncis & qui in his erãt ita subactis. Herodes relicta exercitus parte quantũ ne quis rebellare tentaret satis esse arbitrabatur: eicq; ptolomęo pręposito in samariã rediit: armatos; quidẽ tria milia: sexcentos uero equites in Antigonũ ducentes. Tũcq; propter eius abscessum nacti licentiã qbus galyleã turbare mos erat. Prolomęũ uero militũ rectorẽ aggressi nec opinantẽ interficiunt. Agros autẽ uastabant in paludes atq; in abditissima loca refugientes. Quibus cognitis herodes ma ture succurrit: & magnam quidẽ multitudinem morte consumit. Omnibus autẽ castellis obsidione liberatis hui9 mutationis causa mulctam exigit a ciuitatibus centũ talẽta. Iam uero parthis expulsis occiso etiã pacoro Ventidius Antonii litteris mõitus equitũ mille auxilia duarumq; cohortum aduersus Antigonũ mittit herodi. Eorum autem ducem Macheram ut se adiutum ueniret per epistolas rogauit antigonus & de uita herodis multa cõquęstus: & pecuniã dare pollicitus. Sed uentidius nec enĩ a quo missus erat negligendũ putabat cum præsertim plura daret herodes proditione quidẽ ei non paruit simulata uero amicitia res Antigoni exploratũ prexit nõ admisso herodis cõsilio dissuadentis id fieri. Antigonus autẽ quia presensit quid cogitaret ciuitatẽ ei clausit: & tanquã hostẽ ex mœnib9 ulciscebatur. Donec macherã incepti puduit & in Amatuntam ad herodẽ recessit. Iratus autẽ q; res aliter cesserat quoscũq; iudæos offendisset interficiebat: nec uel herodianis parceret: sed Antigonianis oĩbus abutebatur. Hęc cũ agere ferret herodes in macherã quidem uindicare uoluit: tanquã in hostẽ iracũdiã uero repressit: & ad Antonium approperabat: apud eum accusaturus macherę iniquitatẽ. Ille autẽ delicta sua reputans uelociter regẽ consequit̃: utq; in gratiã secum ualeat multis precibus effi cit. Neq; tamen herodes a proposito reuocatus quominus ad Antoniũ pergeret. Sed cũ audisset eum magnis uiribus oppugnare Samosatã iuxta Euphraten ualidissimã ciuitatem acrius festinabat. Opportunũ hoc tempus esse prospiciẽs demonstrãdæ uirtutis: & ut magis magisq; placeret antonio. Deniq; mox ut ad eum uenit finem detulit obsidioni multis barbaris interfectis. Magnaq; prædę parte destinata: ut Antonius quidẽ quã quã eius uirtutem ante mirabatur: tamen etiam tunc magis eandem opinionẽ haberet: multũq; ad honores eius spemq; regni adderet Antiochus uero tradere Samosata cogeretur. Dũ hęc agerẽtur: res herodis in iudęa fractæ sunt. Reliquerat enim iosephũ fratrẽ qui omnia procuraret cum mandatis huiusmodi: ut ne quid ante reuersionẽ suam aduersus antigonum cõmoueret: quia non firmũ esset auxilium Machesæ quantum delictis superioribus probaretur. Verum iosephus ubi fratrem procul abesse cognouit immemor præceptoꝝ hiericuntha cum quinq; cohortibus a Machera secum missis petit: ut maturo messium tempore frumenta diripiat. In cursu autem hostium per montana atq; aspera loca oppressus & ipse cadit magnam uiri fortis in ea pugna gloriã consecutus: & omnes romani milites pereunt. Decem enim lectę de syria cohortes erant: nec ueterum militum quęquã permixtũ habebant: qui belli posset ex operibus opitulari. Antigon9 autem uictoria minime contentus: sed eo processit iracũdię ut mortuum quoq; Iosephum uerberaret. Deniq; nactus corpora mortuoꝝ etiam caput ei9 anteabscidit: quam. I. talẽta pheroras frater eius precium redemptionis offerret: tanta uero nouitas post antigoni uictoriam galyleę res occupauit: ut qui partibus eius magis fauerent productos optimates herodis studiosos lacu summergerẽt multaq; in idumęa mutarentur: ubi macheras castelli cuiusdam instaurabat mœnia cuius nomẽ est tongitha nec horꝝ qdẽ quicq; herodes audierat captis enĩ somosatis antoni9 & prępositio syrię sossio: iusso quoq; ut herodẽ aduersus antigonũ adiuuaret discessit in ęgyptũ. Sossius aũt duabus cohortib9 in iudęã

pręmissis quarum herodes uteret̃ auxilio ipse cum cętera manu militũ sequebat̃. Herodi autẽ prope degenti apud Daphnen antiochiæ mortem fratris somnia manifesta signi ficaut. Cũq; turbatus ,psiluisset stratis ecce nuntii cladis intrabãt: quare pro dolore patulum quęstus maxima ptę luctus delata in hostes properabat ultra uires iter acceleras. Et ubi ad libanũ uenit octingentos mõtis accolas assumit auxilio: nãq; his iungit romanorum cohortẽ. Cum quibus non expectata luce in galyleam ingressus est: hostesq; obuios in eum quem reliquerant locum auertit: & assidue quidem castellum oppugnare tentabat. Sed priusq̃ id caperet: asperima hyeme coact9 in uicos ,pximos recepit exercitũ. Paucis autẽ diebus post auctus etiã alteri9 prędio cohortis: quã Antoni9 miserat: tanto hostib9 terrori fuit: ut castellum nocte desererẽt. Iamq; per hiericũtha properans ibat: ut quamprimũ interfectores fratri sui posset ulcisci. Vbi etiã mirabilis ei mõstroq; similis casus euẽit. Vnde pter spem liberatus: & opinionẽ q; deo carus esset adeptus est. Nam cũ multi honorati uespera illa cęnauissent: postq̃ dimisso cõuiuio oẽs egressi sunt: confestim cœnaculũ concidit. Id aũt cõmune sibi tam periculoꝝ quã salutis indiciũ quã tum ad futurum bellum pertineret esse coniiciẽs: mane primo castra cõmouet: hostiũq; sex milia circiter de mõtibus decurrentes prima tentabãt agmina: & manũ quidem cũ romanis conserere non satis fidebant. Lapidibus autem ac telis eos dũmodo plurimos sauciarẽt eminus appetebant. Vbi herodes quoq; ipse prętericns: latus iaculo uulneratꝰ. Antigonus autem se non solum audacia suorum: sed etiam multitudine superiorẽ uideri cupiens: pappum quendã ex contubernalibus suis: cũ manu militũ in samariam mittit. Quibus quidem Macheras erat palma uictorię. Herodes uero terram peruagat̃ hostilem: & municipia capit. Duoq; habitatorũ milia consumit. Exustisq; domib9 ad exercitum redit circa uicũ qui appellatur Camacome tendentẽ. In dies aũt singulos magna ei multitudo iudæorũ: uel ex ipsa hiericuntha: uel ex aliis regionibus accedebat: Cũ hos odium moueret Antigoni: alios ipsius herodis præclara facinora. Enimuero multos ratione carentes mutationis cupiditas impellebat. Hoc aũt congredi festinante pappi milites neq; multitudinẽ hostium neq; impetu perterriti: acriter ad pugnã ex altera parte procedunt. Sed ubi agmina conflixerunt: cæteri quidẽ paulisper restiterũt. Herodes autẽ fraternæ cędis recordatione periculosius dimicans: dũmodo ulcisceretur authores: aduersam aciem facillime superat. Deinde semper integros aggrediendo uniuersos in fugam uertit. Erat enim plurima occubentiũ strages: cum alii quidem in uicũ unde uenerant compellerentur. Nouissimus aũt ipse instaret: atq; infinitos occideret. Postremo ruens inter fugientes hostes: in ciuitatem incidit: cum oẽs quidem armatoꝝ domus essent refertę: plenaq; propugnatorũ desuper tecta: & quoniã foris deprehensos facillime superabat: disturbãdo ædes intus abditos extrahebat: alios cõuulsis obrutos fastigiis multos simul necabat. Si quis autem subterfugisset ruinam cum gladiis armati milites excipiebant. Tantaq; cadauerũ per omnes uias multitudo congregata est: ut etiã uictorib9 ipsis transitus obstrueretur. Hanc plagã hostes adeo non tuleruntut confluentiũ turba conspectis q; in uico periissent: fuga discederẽt. Statimq; successu frẽt9 herodes ad hierosolymã perrexisset: nisi cũ hyemis asperitas ,phibuisset. Hæc enim perficiendę uictorię fuit impedimentũ. Et ne pœnitus opprimeretur antigonus obstitit: qui ciuitatẽ iam deserere cogitabat. Herodes autẽ ad uesperã cum lassos amicos reficiendi corporis gratia dimisisset ipse adhuc ab armis callidius: more militis lauatũ ibat. Siquidẽ un9 tantũ puer eum sequebatur. Et priusq̃ in balneũ perueniret: obuius ei quidam ex hostibus gladio armatus excurrit. Deinde alter & tertius & plures. Hi confugerãt armati ex acie in balneum: sed perculsi etiam tum metu: ac latitantes ut regẽ uiderũt: illũ quidem stupore de

bilitati ac trementes: cū inermis esset prętereunt. Exitus uero qua fugerant cursu petebant. Itaq; cum alius casu qui eos compræhenderet nullus adesset. Herodi autē nihil pa ri satis fuisset: oēs effugiunt. Postero autem die pappum quidem Antigoni militū ducē abscisso capite obtruncat. Id pherore magistro exercitus fratri suo mittit: in perēpti fratris ultionē. Nāq; pappus erat qui Iosephū interfecerat. Vbi autē rigor hyemis cessit in hierosolymā profectus est: murisq; admoto milite annus autē tertius agebat ex quo romæ rex fuerat declaratus: pro tēplo castra posuit: qua facilior erat expugnatio: & antea pōpeius cœperat ciuitatē. Exercitu autē in opera distributo suburbanis diuisis tres quidem leuare aggeres: & super eos turres ædificare iubet. Relictis aūt qui operibus instarent efficacissimis amicoꝝ: ipse in samariā uadit uxorē accepturus alexādri filii aristobuli filiam sibi despōsatā: ut diximus: & domū obsidet qui subcisiua opera nuptias curaturus quippe iam hostē despiciebat. Igitur ubi eā duxit ad hierosolymā rediit auctus militū copiis eiq; sossius cū magna manu equitū peditūq; sociatur: quę mediterrāeo itinere prēmissa per phœnicē ipse remeauit. Vniuerso aūt exercitu congregato ad peditū legiones undecim equitūq; sex milia prēter auxilia syrioꝝ non pro minima parte ducenda: prope a septentrionali muro castra collocarunt. Ipse quidē herodes senatusconsulto frętus: quibus rex fuerat declaratus. Sossius uero antonio a quo milites quibus præerat sciret missos herodis auxilio. Iudęoꝝ aūt intra ciuitatē agētiū populus uarie turbatus erat. Nam circa templū infirmior multitudo conueniens furore agebatur: multaq; ueluti diuinitus de temporibus dictitabat: & qui audaciores essent in collegio conglobati multis modis latrocinabātur: maxime: & locis oppido proximis uictui necessaria diripiētes: neq; aut equis aut uiris alimenta relinquebant. Bellatorū autē constantiores obsidentib⁹ oppositi e muris opus aggerū prohibebant & contra īstrumenta oppugnantiū semper nouū aliquod obstaculū moliebātur. In nulla autē re sicut in cuniculis superabāt. Rex autem aduersus latrocinia quidē occultas excogitauit militū insidias quibus eorū reprimerentur excursus: inopiā uero alimentorū longinquis transuectionibus adiuuare dispo suit: ac pugnę intenti quāuis omnem modū audaciæ supergrederent: romanoꝝ tamen peritia uincebantur. Nihilominus aperte cum his certa morte proposita confligebant. Ex īprouiso aūt romanis per medios emergentibus in cuniculis priusq; muri aliqua pars dirueretur: alteram eius uicem muniebāt. Prorsus neq; manibus neq; machinis deficiebant: quoniā usq; ad ultimū repugnare decreuerant. Deniq; tanto exercitu circūsedēte per quinq; menses obsidium tolerauerūt: donec quidam ex his quos lectos habebat herodes ausi murū transgredi ciuitatem irrupere: & post eos sossii cēturiones. Igitur ante omnia fano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima ubiq; mox capta erant: romanis quidem propter obsidionis moras iratis. Herodianus uero manu iudaica summo intenta studio: ne quis pœnitus ex aduersariis resideret. Mactabātur autē quāplurimi: & per angustiores uicos oppidi: & in domos compulsi: uel si ad templum etiam confugissent: nec ulla erat aut senectutis aut mulieribus īfirmitatis miseratio. Deniq; licet rex ubiq; dimicans rogaret ut parcerent: nemo tamen dexteram continuit: sed ueluti furentes omnem persequebantur ętatem. Ibi tunc etiam Antigonus: neq; priorem neq; præsentem fortunam cogitans domo descendit: & ad pedes sossii prosternitur. Ille autem nihil eum tantæ mutationis causa miseratus: & intemperanter direpsit & Antigonā appellauit. neq; tamen etiam custodia liberum dimisit ut fęmineā. Itaq; ille quidem uinctus asseruabat. Herodes autem quoniā hostes uicisset: ut externa quoq; auxilia sub iugum mitteret prouidebat. Visendi enim templi sanctorum quę eius studio omnis multitudo peregrina fuerat incitata. Ob eamq; rem hos minis alios precibus nō nullos armis etiā

refrenabat: acerbiorē q̄ si uictus fuisset existimans fore uictoriam si quod uidet inceptas esset: culpa sua uisum fuisset. Mox autē etiā rapinas in ciuitate prohibuit: multa iuectus in Sosiū: si uacuefacto uiris & pecuniis oppido romani regē solitudinis reliquissent: qui pro tanta ciuiū cæde totius orbis terræ imperium uile precium iudicaret. Illo aūt in sitū esse dicente: ut pro labore obsidionis prędrū licentiā milites haberent: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurū esse firmauit. Atq; ita redemptis patriæ reliquiis ꝓmissa compleuit. nanq; militū quēq; liberaliter & pro merito duces: ipsumq; sossium regia largitate donauit: ut nemo egens pecuniis abiret. Post hæc sossius aurea corona deo dedicata ex hierosolymis remeauit: antonio uinctū antigonū ducens. Et illū quidem uana spe cupidū usq; ad ultimū diem ignauia digna securis excepit. Rex aūt Herodes discreta multitudine ciuitatis: suaꝝ quidem partiū studiosos quo magis beniuolos faceret sibi honorificetractabat. Antigonianos autem neci tradebat. Et cum pecunię defecissent: quicquid ornamentoꝝ haberet, diuisum Antonio eiusq; comitibus misit. Non tamen omnino nequid pateretur ademit. Iam enim Antonius Cleopatræ amore corruptus: in omni re cupidini cesserat. Cap. xxvii. Etenim Cleopatra ubi totam cognationem suam sæuitia persecuta est: ut neq; propinquus ei sanguine superesset: cædis rabiem contulit in extraneos: syriorumq; optimates apud Antonium criminando suadebat interfici: ut eo modo cuiusq; possessiones domino suo facile quæreret. Postea uero q̄ in iudæos atq; arabas usq; extendit auaritiam ut reges eorum herodes & Malichus interirent occulte moliebatur. Deniq; cum uel in parte præceptorum respuisset antonius occidere quidem bonos uiros tantosq; reges iniustum esse dixit: q̄ autem his morte prius erat: inter amicos ultra non habuit: sed multa terra & horum præcisa finibus: & quod erat in hiericuntha palmetum quo Balsamum gignitur: ciuitates præter Tyrum & Sidonem cunctas intra flumen eleutrum ipsi dedit. Quorum potita dominio ad Eufratem usq; parthis bellum inferentem: secuta Antonium per Appamiam & Damascū in iudęam uenit. Atq; hic Herodes licet magnis muneribus infensum eius animum mitigasset: tamen ducentis talentis annuis abscissas regno suo possessiones impetrat sibi locari. Ipsamq; omnibus obsequiis placans: in peculium usq; duxit. Nec multum iterea tempus & Antonius ex parthis aderat: captiuumq; Artabazen tigranis filium dono cleopatrę ducebat. Nam cum pecuniis omniq; præda parthus illi statim condonatus est. Concitato autē bello actiaco herodes quidem cum Antonio proficisci paratus erat. Et aliis per iudęam turbis liberatus: & hyrcania potitus quem uicum Antigoni soror tenebat. Verumtamen Cleopatra callide ne periculorum antigoni particeps fieret: interclusus est. Regibus enim ut diximus insidias tendens bellum in arabas ut herodi cōmitteret persuadet antonio. Quos si uicisset: arabię domina: sin autem uictus esset: iudęę domina constitueretur: alterūq; potentatum per alterum pesundaret. Sed hęc eius uoluntas ad herodis cessit arbitrium. Nāq; primū pignoribus hostiū captis maximū quē conflauerat equitatum: circa diospolim in eos īmittit: & quāuis fortiter resistentes superauit. Cum autem iam uicti essent maiore motu arabes suscitantur: & īfinita manus in ui cum syrię celescanthan congregata expectabat iudæos. Vbi rex eos herodes cum exercitu aggressus: bellum consultius administrare tentabat: castraq; muro cingi pręcipiebat. Non tamē ei paruit multitudo: sed priore uictoria freti arabas impetunt. Et prima coitione in fugā uersos urgebant. In persecutione uero insidiis periclitatur herodes: uici Nanathan indigenis ab Athenione dimissis: qui ex Cleopatrę ducibus semper ei fuerat inimicus. Nāq; horū incursu recreati arabes pugnā repetunt: iunctisq; agminibus circa saxosa loca & deuia herodis militē fugāt: plurimis cędę ꝓstratis. Qui uero ex ꝑlio seruati

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt:in uicum Ormizam confugiunt. Vbi etiã castra eoꝝ cum hominibus circungressi arabes sicut erãt plena cœperunt. Neq; multo post accepta clade herodes aderat cũ auxiliis serius q̃ usus poposcit. Huius ei uulneris causa fuit p̃positorum militibus cõtumacia:q; iussis obedire noluerint. Non enim repentino cõmisso prælio ullũ Athenõ insidiãdi tẽpus habuisset. Rursus tamẽ ultus est arabas:assiduis eoꝝ fines incursiõibus inquietans:quodq; semel uictus est:sæpe reuocauit. Sed dum inimicos persequit:incurrit ei dimitans:quodq; semel uictus est:sæpe reuocauit. Sed dum inimicos persequit:incurrit ei diuinitus alia calamitas:septimo regni anno & actiaco bello feruente. Nãq; ueris initio terremota infinita quidẽ pecoꝝ:triginta uero hominum milia peremit:cum exercitus manssisset incolumis:quoniã sub diuo tẽdebat:ibiq; tamen arabas in maiorẽ ferociam fama sustulit:tribus nuntiis grauius semper aliquid affigẽs. Vnde uelut omni subuersa iudea terræ obtinẽdæ spe:quia neminẽ superesse credebant:in eam ruunt legatis prius interfectis qui ad seuenerant a iudeis. Herodes autẽ aduentu hostiũ perterritã suoꝝ multitudinẽ tanq̃ magnitudine quã assiduitate calamitatũ fractam ad repugnandũ in ciuitate tentabat. Hęc dicens rationẽ habere non uidetur: cur non p̃sens formido pertulerit. Nam diuinę quidem indignationis plagas merori uobis esse non miror. Ignauum est autẽ perpeti enim idem:cum incursus hominum impellendi sunt. Ego autem tantũ esti mo ut hostes post terremotum pertimescam quod magis putauerim deum hanc illis illecebram dimisisse ut pœnas redderent. Non enim tantũ manu armisq; freti quantũ nostris calamitatibus ueniunt. Fallax aũt spes est quę non suis uiribus nititur: sed alienis aduersis. Neq; uero uel secundæ res uel contrarię apud homines certę sunt:sed in utranq; partem uideas fortunam mutare uicissim:& exempla uobis propria demonstrabũt. Nam per prelia superiora uictores:post ab hostibus uicti sumus & nunc ergo quantũ existimare licet illi capientur uictores sefore credentes. Nimis enim confidens incautus est:metus autem prouidentiam docet. Itaq; mihi quidem hoc ipsum quod timetis fiduciam suggerit. Nam cum ferociores quam opus erat fuistis:& p̃ter uoluntatem meã in hostes egressi estis. Atheinon insidiandi tempus inuenit. Nunc autem uestra contatio & minus alacer animus:ut uidetur:certam mihi uictoriam spondet. Conuenit autẽ ante prelium sic esse affectos in ipso autem opere uirtutem erigere:cõsceleratisq; hostibus planũ facere q̃ neq; humanum aliquod malum:neq; ira cęlestis unquã deprimit fortitudinem iudæorum:donec spiritũ uitæ ducant:uel eoꝝ quisquã in bonis suis arabas dominari patietur:quos aliquotiens pœne captiuos abduxi. Nihil autem uos terreat rerũ animarum carentiũ metus:neq; arbitremini terrę cõcussionẽ alicuius fortunę esse uel cladis portentum. Naturalia nanq; sunt ęlementoꝝ quoq; uitia: nullumq; damnum inferunt nisi quod ex ipsis euenerit. Nam pestilentiæ quidem uel famis uel terremotꝰ signũ aliquod tardius fortasse præcesserit. Ipsa uero cum extiterint sui magnitudine finiuntur. Cęterũ quod nobis amplius quã terrę concussio bellum nocere poterit etiam uictis? imo enim uero maximum iminentis exitii monstrum non sponte sua neq; alienis manibus inimicis accedit:qui legatos nostros p̃ter omnium hominũ legis crudeliter imolauerunt. talesq; deo pro belli euentu hostias cæciderunt. Non enim effugient maximum eius lumen inuictãq; dexterã. sed continuo pœnas dabunt:si primo repleti spiritu in uindictã uiolati fœderis animos excitemus. Pergite quisq; nõ pro cõiugibus neq; pro liberis aut pro patriæ periculis pugnaturi:sed legatoꝝ cędis ultores. Illi melius q̃ nos qui uiuimus exercitũ regent:uobisq; mihi obediẽtibꝰ piclitabor ipse præ cęteris. Pro certo eni sciatis fortitudinẽ uestrã sustineri nõ posse nisi temeritate lędat. His adhortatꝰ milites ubi eos alacres uidit sacra deo celebrauit. Deide cũ exercitu iordanẽ fluuiũ trãsgressus ẽ. Castris aũt philadelphię positis:haud ꝑcul ab hostibus quasi de interiacẽte castello cõtẽderet:

pugnam eminus irritabat:quãprimũ cupiens congredi. Nam & hostes permiserant qui castellũ occuparent. Sed illos quidẽ regii facile repulerunt:collęq; tenuerunt. Ipse uero quotidie producto ad prelium milite: instructaq; acie arabas lacessebat. Cum aũt nemo contra procederet:quædã enim eos uehemens formido tenebat: & ante multitudinem dux Alchinius timore obrigauerat:uallũ eoꝝ disturbat ipse aggressus:ecq; modo coacti ad pugnã confusis ordinibus:mixteq; cũ peditibus equites egrediuntur:& si multitudine superiores a iudeis tamen alacritate impares:quasi audaciores eos faceret uictoriæ desperatio. Et quamdiu quidem steterint:non magna eorum cędes facta est. Vbi uero terga nudauerunt multi a iudeis:multi a semetipsis conculcati perierunt. Deniq; milia quinq; in fuga ceciderunt:cęteraq; multitudo in uallum cõpulsa est. eosq; statim circunseptos obsidebat herodes. Et licet armis prope adesset excidium:tamẽ aquę penuria uehementer urgebat. Cũ rex arrogantius eoꝝ legatos despiceret & talenta quingẽta pro redẽptione offerentibus magis instaret. Deniq; ardescente siti:cateruatim exeuntes ultro se iudeis tradebant adeo ut quinq; diebus quatuor milia uincirentur: sexto reliqua multitudo ad pugnã desperata salute ꝓcederet. Quibus congressus herodes iterũ septẽ milia circiter sternit:tam magna plaga ultus arabiam extincto uirorũ eius spiritu rantum profecit:ut etiam patronus ab ea gente optaret. Mox autẽ illũ excepit presumpta rerum sollicitudo: ꝓpter amicitiam Antonii post uictoriã cæsaris apud actium: Verum tamen plus timoris habebat quam ipse patiebat. Nec enim cæsar uictum iudicabat antonium:donec herodes cum eo supersset. Itaq; rex piculis decreuit occurrere:rhodumq; transmissus ubi cęsar eo tempore morebatur:adit eum sine diademate:uestę quidem cultuq; priuato:sed fastu regio:neq; dissimulata ueritate corã hęc dixit. Ego cæsar rex factꝰ ab Antonio:fateor utilem mefuisse regem Antonio. Neq; dubitauerim dicere q; omni modo armis quoq; me gratũ expertus esses:nisi arabes prohibuissent. Verũtamẽ & auxilia ei prouiribus meis misi:& multa frumẽti milia:sed nec accepta apud actiũ plaga:bene de me meritũ deseruí. Nã cum auxilii minus cõmodarem: optimũ ei consiliũ unã esse dicens cleopatræ mortẽ aduersorum correptionẽ. Quam si occidisset: & pecunias ei & muros ad tuitionẽ:& exercitum & memetipsum belli contra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures Cleopatræ amores:& deus qui tibi uictoriã donaret obstruxit. Vna ergo cum Antonio uictus sum:& regni coronã cum eius fortuna deposui. Ad te autem ueni:spem salutis de uirtute pręsumens:& ne in examen adducerer properans: qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc cæsar:imo uero saluus esto inqt:& nunc regnato certius. Nam meritus es qui plurimos rogas:cum amicitiã tanta fide tuearis. Experire aũt ut etiã fœlicioribus fidus permaneas. Siquidem ego pręclarissimã spem de tua magna uirtute mihi promitto. Recte tamen fecit antonius qui magis Cleopatrę quã tibi paruit. Te nanq; lucrati sumus propter eius dementiã. Prior ab officiis autem cœpisti quãtum appareat:cũ ad eorum gladiatores idonea auxilia misisse perscribit. Quare interim tibi decreto firmitatẽ regni prębeo. Experiat autem ipse quoq; bene tibi aliquid facere:ut non queras Antonium:huius sermonis humanitate regem ne quid pœnitus de amicitia sua dubitaret hortatus:& diadema illi imposuit:& indulgentiam decreto consignat. In quo multa honorifice in eius laudẽ locutus est. Ille autem prius cũ mulieribus declinitum rogabat:ut alexandrum quendam supplicem ex amicis antonii iuberet absolui. Sed uicit iracundia cæsaris multa illum & grauia pro quo rogabat admississe dicentis:quib9 repulit deprecantem. Postea uero ad ęgyptũ euntẽ per syriam cæsarẽ herodes cũctis acceptis regni diuitiis:tuncq; primũ cum eo militẽ inspiciente: circa ptolomaida equo uectus est:cœnãq; illi cũ oibus amicis exhibuit:atq; insup exercitui epulis cũcta distribuit.

Profpexit enim ut per arida loca proficiſcẽtibus ad peluſiũ atq; inde redeuntibus aqua rũ copia nõ deeſſet. Nec defuit cuiq; utenſiliũ quod deſideraret exercitus. Pro his deniq; meritis paruũ eſſe herodis regnũ tam cæſar quã milites æſtimabant. Ideoq; poſtq; uenit in ægyptũ: iam Cleopatra & antonio mortuis, non ſolũ cęteros eius honores auxit: ueꝝ etiã regno ptẽ finiũ addidit: quã Cleopatra dempſerit. Et prẽterea gadaran hippon ſam mariã: maritimarũq; inſuper ciuitatũ gazam & Archedonã: & ioppen & pirgon ſtratonis: & ad hęc ſatellites quadringẽtos galathas ei donauit: quos antea Cleopatra ſtipatores habebat. Nulla res autẽ magis liberalitatẽ cæſaris incitauit quã magnus animus accipientis. Poſt primam uero aniadam etiã regionẽ quæ tracon uocat eius ditioni ſubdidit: eiq; continentẽ Bataniã: itemq; aurantẽ. Ex huiuſmodi cauſa Zenodorus qui domus liſarię conductor erat non ceſſauit unquã ex regione quę tracon dicitur: latrones damaſcenis imittere. Illi autẽ ad uarronem tunc rectorem ſyrię confugerunt: eũq; deprecati ſunt: quo ſuas miſerias cęſari declararet. Cęſar autem his cognitis ei reſcripſerat: ut latrocinium pœnitus curaret extinguere. Varro autem cum milite aggreſſus loca ſuſpecta expurgauit latronibus terram ipſam zenodoro abſtulit. Quã cęſar ne latronum denuo contra damaſcum receptaculũ fieret, herodi dedit: eumq; præterea totius ſyriæ procuratorẽ conſtituit. Et decimo anno reuerſus iterum in prouinciam: ne quid eo in cõſulto procuratoribus liceret adminiſtrare prẽcepit: ac zenodoro mortuo terram omnẽ quę inter draconem & galyleam erat eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus exiſtimabat herodes a cęſare quidem poſt aggrippam amabatur: ab aggripta autẽ poſt cęſarem. Hinc ad ſummũ fœlicitatis euectus: & ad maiorem ſubleuatus animũ: maximã prouidentiæ partem obſequio pietatis impendit. Itaq; anno regni ſui quintodecimo & templum inſtauravit: & duplum terre ſpatium quam fuerat circa templũ muro amplexus eſt: ingenti ſumptu & munificentia ſingulari. Augumento erant in ambitu fani maguę porticus: eiq; iũctum a ſeptẽtrione caſtellum: Et illas quidem a fundamentis erexit. Hoc autem nulla re minus: quam regni ſedes eſſet largis opibus renouatum, Antoniam uocauit in honore Antonii. Qui etiam domo ſibi regia in ſuperiori parte ciuitatis extructa duas ædes in ea maximas atq; pulcherrimas: quibus ne templũ quidem uſq; conferri poſſet ędificauit: eaſq; amicorum uocabulis unã Cæſariam: Agrippium alterã nominauit. Nec uero ſolis tectis memoriam eorum & cognomina circunſcripſit: ſed in totas etiam ciuitates ſtudium liberalitatis extendit. Nam in ſamaratica regione oppidũ muro pulcherrimo per uiginti ſtadia circundatũ ſebaſten appellauit: deductis eo ſex milibus colonorum terraq; fœcundiſſima his attributa. Vbi templũ quoq; maximũ inter ędificia collocauit: & circũ id aream triũ ſemis ſtadioꝝ cęſari dedicauit: ciuſq; oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præſtitit. Inſuper his alterius terrę adiectione donatus a Cæſare aliud templum circa iordanis fontẽ candido marmore poſuit: qui locus appellatur panium. Vbi montis quidam uertex in pręcelſum æditus propter ſubiecti lateris uallem ſpecus aperit umbroſum: qua profundæ altitudinis rupes ad immenſum liquentis gutte receptaculum concauatur: & ſtagnantis aquæ copia dimittentibus aliquid donec terram inueniat longitudo nulla ſufficiat. Foris autem de ſpeluncę radicibus oriuntur fontes: & ut quidã putant: hoc eſt iordanis principiũ. Sed ueri fidem in poſterioribus indicabimus. Quin & apud hiericũta inter caſtellum cyprũ & priores domos regias: meliores alias: & quæ cõmodiorem uſum prębęrẽt aduenientibus fabricatas eorũdẽ amicorũ nominibus uocitauit. Prorſus nõ eſt idoneus regni locus: quẽ honore cęſaris nudũ reliquerit. Poſtea uero quã fines ſuos tẽplis repleuit in ꝓuincia quoq; honores ſuos effudit & multis ciuitatib⁹ tẽpla quę cęſaria uocãt inſtituit. Cũ aũt inter ma

ritimas ciuitates uidiſſet unã uetuſtate feſſam quę ſtratonis pyrgus uocabat: & ꝓ loci natura munificentiæ ſuæ capacẽ. Totã eam cãdidiſſimo ſaxo reparatã clariſſima regia decorauit: & in ea maximã innatã ſui animi magnitudinẽ demonſtrauit. Nam inter doram & ioppen: quarum media ciuitas ſita eſt, Omnis ora maritima adeo fuit importuoſa: ut omnes qui ad Egyptũ ex Phœnicẽ nauigarent in ſalo fluctuare cogerẽtur, minas Africi metuens: Cuius etiam mediocris aura tantas undarũ moles ad ſcopulos erigit: ut remeante ęſtu gurgitis paliquantũ ſpatiũ maris feritas augeatur. Sed rex libera litate ac ſumptibus deuicta natura pyreo maiorẽ portũ fabricauit: & in eius penetralibus alias nauibus ſtationes fecit altiſſimas. Et quãquã omnis ei locus aduerſabatur: tamen ita cum difficultate certauit: ut firmitas quędã ſtructurę nequaquã mari cederet. Pulchritudo uero tanta eſſet: quam nulla res ardua perpediſſet ornatũ. Metitus enim quantũ diximus portui ſpatiũ per uiginti ulnas in profundũ ſaxa demiſit. Quorum plęraq; pedũ quinquaginta longitudinis: & altitudinis nouẽ: & latitudinis decem. Nonulla uero etiã maiora fuerunt. Expleto autẽ ſpacio quod unda celabat: in ducentorũ pedũ murũ dilatauit. Ex quibus centũ repellendis erant fluctibus ante conſtructi unde etiã procymia dicebatur: Cæteri autẽ ſaxeo quo portus cingitur muro ſubiecti ſunt magnis turribus interpoſitis: quarũ maxima atq; pulcherrima ex parẽte Cęſaris druſum cognominata eſt: Crebri autẽ fornices ad ducẽda quæ portus haberet proq; fornicibus: & circum eos pila ſaxea & lata quę naues egredientes exciperet ambulatu. Aditus autem a ſeptentrionali erat. Ventorũ enim pro ſitu loci placidiſſimus eſt boreas. Ad hoſtiũ uero ſtatuę ſiue coloſſi tres utrinq; fulti columnis: quarũ a leua quidẽ intrantibus ſtantis ſolida turris ſuſtinet. Dextra uero duo proceri lapides iuncti: & partis aduerſæ turris magnitudinẽ ſuperantes. Domus autẽ portui connexe candido itidẽ lapide: pariq; menſura ſpatiorũ ciuitatis uice tendentis in portũ. Contra hoſtiũ uero portus in colle cęſaris tẽplum magnitudine ſimul & pulchritudine pręcipuũ: ſtatuaq; in eo cæſaris ſiue coloſſus non minor quam iouis apud olympiã: cuius ad exemplar factus Romano autẽ par & Iunoni quæ argis eſt. Oppidũ autem prouinciæ dedicauit: rebuſq; aduectitiis portũ cæſaris uero conditoris honorẽ: unde ciuitati cæſarię nomẽ impoſuit. Quinetiã cętera opera forũ theatrũ amphiteatrũ digna uocabulo collocauit: & quinquennali certamini inſtituto nomen ei cęſaris donauit. Primuſq; ipſe in centeſima nonageſima & ſecunda olympiade maxima pręmia propoſuit: ut non ſolũ uictores: ſed & proximi & tertii ſucceſſores eorũ regalibus diuitiis potirẽtur. Anthedona quoq; reparatã: quã bella ſub uerterant Agrippiũ uocauit: nimiaq; beniuolentia nomen amici etiã portę inſcripſit: quã ipſi in tẽplo ędificauit. Sed nec parentes ſuos ita quiſquã dilexit: nam & patris monumento optimo regni cãpo ciuitatẽ condidit: fluminum arborũq; ditiſſimam: eãq; antipatridam nuncupauit. Et ſuper hiericunta caſtellũ natura tutum & pulchritudine pręcipuum muro cinxit: atq; in honorẽ matris Cyprum uocauit. Fratriq; phaſelo turri cognomine hieroſolymis dedicauit: cuius habitus & in magnitudine claritas poſtea declarabitur. Aliamq; ciuitatẽ in regione qua de hiericunta in boreã itur phaſelum nominauit. Cognatis autẽ & amicis ętęrnæ glorię traditis: nec ſui quidẽ fuit immemor: ſed caſtellum contra montẽ arabici lateris propugnaculo permunitũ de ſuo nomine Herodium uocauit: tumulumq; aſta idem qui manu factus ſtadiorũ ſexaginta ſpatio ab hieroſolymis aberat: ſimiliter nominatũ munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus eſt. Ambitũ autem compleuit ędibus regiis liberaliſſime exornatis: ut non ſolum interna membroꝝ facies clarior eſſet: uerũ etiam foris parietes ac macerię tectaq; largis infuſa diuitiis elucerent. Aquam enim plurimã ingenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſũptu ac labore ex longo interuallo induxit: perq; ducenta gradus marmoris candidiſſi
mi fabricauit aſcenſum. Erat autẽ totius collis manufactus & clementer excelſus. Qui
& aliam circũ radices eius regiã ac diuerſoria quę ſarcinas & amicos recipere poſſent
ędificauit: ut pro rerũ quidẽ omnium copia ciuitas eſſe uideretur. Caſtellũ uero domus
regalis circunſcriptione: tantis autẽ conſtructis ædificiis animi ſui magnitudinẽ in plu
rimis etiã externis ciuitatibus demõſtrauit. Namq; apud Tripolim & damaſcũ & pto
lomaida publicas balneas quę Gymnaſia dicunt. bibli autẽ murũ: exedras uero & por
ticus fora: quę & tẽpla briti ac tyri: necnon & ſidonẽ apud & Damaſcũ theatra condi
dit. Maritimis autẽ laodicẽſibus aquę ductũ: apud Aſcalon uero Nymphea ſiue lacus
ornatiſſimos & balneas. Itemq; periſtilla tam opere quã magnitudine miranda conſti
tuit. Sũt qbus etiã lucos portuſq; prębuit. Multę ciuitates ab eo tanq̃ regni ſocię agris
quoq; donatæ ſunt. Ad exhibitionẽ uero Thermarũ aliis redditus annuos ac perpetuos
delegauit: quemadmodũ comis ne quando beneficii gratia deficeret. Ad hęc frumenta
cunctis miniſtrauit egentibus: & inſulis rhodiorũ ad inſtruendã claſſem pecunias ſæpe:
multiſq; in locis prębuit: incenſum que Pythiũ in meliorẽ formã reparauit ſumptibus
ſuis. Quid dicã eius in Lichios aut Samos libertatẽ: quę per omnẽ ioniã eoꝝ quę deſi
deraſſet quiſq; largitiones. Nonne Athenienſes & lacedemonii & Nicopolitani: & in
Miſia pergamus Herodis ſunt plena donariis. Nonne Antiochenſiũ ſyriæ platheã cũ
plena cœni cẽt ab oĩbus uitaretur per uiginti ſtadia prolixam ſtatuit: polito marmore
declinandiſq; imbribus quã longa eſſet ornauit. Sed hæc quidẽ propria quis dixerit il
lorũ quibus ea detulit populoꝝ. Quod autẽ elidenſibus pręſtitit: non ſolum Achaię cõ
mune: ſed etiã totius orbis terrę munus eſſe uidetur: per quẽ Olympiaci certaminis glo
ria diffunditur. Nã cum hos deficere ſumptuũ uideret inopia: quodq; ſolũ ex ueteri grę
cia reſtabat effluere: nõ ſolum Agonitheta ipſe factus eſt: eo luſtro q̃ cum romã naui
garet offendit: ſed perpetuos pecuniarũ quæſtus iſtituit: ut nũquã eius memoria agoni
thetę munere fungi deſineret: inextricabile opus erit debitorũ remiſſiones exponere: ſi
cut phaſelitas & balaonetas. Alia quæ circa Cilicią municipia leuauit annuis penſioni
bus: licet multũ eius animi magnitudinẽ timor fregerit: ne quam pateret inuidiã uelu
ti maius aliquid aucuparetur: ſi beneficiis amplioribus afficeret ciuitates: quam qui eas
haberent. Quin & corpore uſus eſt quod animo conueniret. Cũq; ſummus uenator eſ
ſet: in hoc tamẽ ipſo equitandi peritia quę cuperet aſſequebat. Deniq; uno die quondã
quadraginta feras ſubegit. Eſt autẽ aprorũ altrix illa regio: ſed magis ceruis & onagris
frequẽtatur. Bellator aũt erat qui ſuſtineri non poſſet. Itaq; multos etiã in exercitatione
terrebat: quibus & torquẽdo iaculo directiſſimus: & ſagittarũ librator uidebat egregi
us. Præter animi autẽ corporiſq; uirtutẽ: fortuna quoq; ſecunda uſus eſt. Raro aũt con
tra uotum eius belli ceſſit euentus. Et ſi quando id accidit: non ipſius culpa: ſed aut pro
ditione quorundã: aut temeritate militũ factum eſt. Vt uero publicã ei fœlicitatem me
mores inuidere domeſtici: & aduerſi caſus ex muliere cœperunt: quã maxime diligebat.
Nam quia regis meruit poteſtatẽ: repudiata quã priuatus acceperat uxore ex hieroſoly
mis genus ducente quę doſis uocabat. Mariammẽ ſibi coniunxit Alexandri filiã Ariſto
boli filii: unde domus eius in diſcordiã uẽit. Et ante quidẽ maxime uero poſtquã roma
egreſſus eſt. Nam primum Antipatrũ ex doſide filiorũ cauſa: quos de marianne ſuſcepe
rat expulit ciuitate: ſolis feſtis diebus eo commeandi facultate conceſſa. Deinde auum
coniugis Hyrcanũ ex parthis ad ſe reuerſum propter inſidiarum ſuſpitionem peremit.
Quẽ captum quidem occupata ſyria Barzaphranes adduxerat: miſerati uero gentiles li
berauerunt: qui ultra euphraten colebant. Et ſi monitis eorũ paruiſſet ne ad Herodem

tranſiret: non interiiſſet. Verũ mortis eius fuit illecebra neptis matrimoniũ. Hoc enim
fretus multoq; amplius patriam deſiderans uenit. Herodẽ autem cõmouit non q̃ re
gnum affectaret: ſed q̃ ipſi iure deberet. Quinq; aũt filiorũ quos ex Marianne ſuſce
perat: duæ fœminę cæteri mares erant. Horũq; minimo romæ in ſtudiis mortuo: duos
maiores & propter matris nobilitatẽ: & q̃ iam regnanti ſibi fuiſſent geniti regie pro
ducebat. Sed enim fortior amor his Mariannes ſuffragabatur: quæ in dies ſingulos pro
ficiẽs ſuccendebat adeo herodẽ: ut eorũ nihil ſentiret: quæ propter dilectã ſibi dolerent.
Tantũ nanq; in eum Mariãnes erat odium: quantũ ipſe illam amabat. Habens igitur
ex rebus quidẽ ipſis inimicitiarũ probabiles cauſas: ex amore uero fiduciã meo ei quę
Hyrcano auo ſuo feciſſet obiiciebat: quæq; in fratrẽ ionathen egiſſet. Nec enĩ uel huic
quicquã qui puer erat parcebat: quẽ pontificem in decimoſexto ętatis ãno creatũ: poſt
honorẽ ſtatim occidit. Atq; ille quidẽ cum ſacra ueſte amictus ad aram acceſſiſſet feſto
die populus omnis illachrymauit: & tamen noctu miſſus in hiericũta: ibi ſicut manda
tũ fuerat lacu ſubmerſus a galathis interiit. Hęc igitur Herodi Mariãne probro dabat:
ſororemq; eius & fratrẽ maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidem amore
mutus erat. Graui autẽ indignatione mulier ſęuiebat: & quo maxime cõmoueretur he
rodes inſimulabat eum adulterũ. Præter alia multa quę ueriſimilia fingerentur hęc ac
cuſantis: q̃ in ægyptũ imaginẽ ſuam miſiſſet Antonio: proq; immoderata libidine ab
ſentem ſe properaſſet oſtendere uiro mulierũ cupidine inſaniẽti: & qui uim poſſet affer
re. Id ueluti fulmẽ aliquod emiſſum perturbauit herodẽ: maxime quidem amoris cauſa
ęmulatione ſucceſum. Deinde etiã cogitante Cleopatræ ſæuitiã: cuius gratia & liſanias
rex: & Malichus arabs erant perempti. Non enim cõiugis amiſſionẽ: ſed morte ſua pe
riculũ metiebat. Itaq; profecturus romã Ioſippo Salomę ſororis ſuę uiro quẽ fidum ha
bebat: & pro affinitate beniuolũ commẽdabat uxorẽ: mandato ei clam ut eam interfi
ceret: ſi etiã ſe occidiſſet Antonius. Veꝝ Ioſippus non maligne: ſed regis amorẽ mulie
ri cupiens demõſtrare: q̃ ab ea neq; mortuus pateret diuelli: ſecretum ei ſermonẽ ape
rit. Et illa reuerſo Herode multaq; inter fabulas de affectu iurante: quodq; nunq̃ eſſet
alterius mulieris amore captus: ualde inqt amor nos tuus mãdatis Ioſippo comproba
tus eſt: quibus ut me occideret pręcepiſti. His auditis quę occulta credebat amens erat
herodes ilico: nec unq̃ Ioſippũ mãdata ſua proditurũ fuiſſe ratus: niſi eã corrupiſſet prę
dolore inſaniebat. Cũq; ſtratis exiluiſſet in regia ſpaciat: ibiq; tunc Salome ſoror eius
accepto tpe criminandi ſuſpitionẽ de Ioſippo confirmauit. Vnde Herodes immodera
to æmuli dolore furens confeſtim utrũq; iuſſit interfici. Deinde pœnitudo ſequebatur in
ſaniam: & poſtq̃ iracundia cõcidit: amor iterum caleſcebat. Tanta uis autem cupidinis
erat: ut ne mortuã quidem putaret eam: ſed ęgritudine quaſi uiuam alloqueretur. Do
nec proceſſu tẽporis funere cognito mœroris magnitudine quã ſuperſtitem dilexerat
ęquauit affectũ. Materne autẽ iracundiæ ſuccedũt filii: & immanitatẽ ſceleris reputan
tes: non aliter ſuſpectũ patrẽ quam ſi hoſtis eſſet habebant. Idq; & antea quãdiu romę
in ſtudiis erant: & multo magis poſtquã in iudęam reuerſi ſunt. Siquidẽ cum ætatibus
eorum mentium quoq; roborabatur affectio. Iam uero maturi cõiugio unus amitę ſuę
Salonies quę matrem amborũ accuſauerat filiã duxit: alter Archelai cappadocum re
gis. Vnde acceſſit etiã libertas odio: & occaſiones ex eorũ confidentia delatoribus da
tæ ſunt. Itaq; apertius quidam cũ rege loquebatur: q̃ ei per utrũq; filiũ inſtruerentur in
fidię. Alter quidẽ ultrices materni exitii ſimul cũ fratre armaret manus. Alter uero hoc
eſt Archelai gener ſocero fretus etiam fugã pararet: ipſum apud Cęſarẽ accuſaturus
herodẽ. His igitur criminationibus repletus Herodes ueluti propugnaculo ſibi futurũ

aduersus filios adducit Antipatrum ex dolide susceptū. Hisq; illum proponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationē tolerabilē non putarent: ac priuata matre ædituū proficientē uiderent: indignationē cohibere pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis quibus offenderentur iram prodebāt. Et illi quidem in dies singulos magis magisq; negligebantur. Antipater autē sui causa fauorabilis erat: nam & patri blandiri callide nouerat: & uarias inter fratres suos calumnias conferebat: quędam ipse dictās: amicos uero suos ad alia uulganda submittēs: donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamento enim ipse quoq; aperte iam successor fuerat declaratus. Deniq; tanquā rex etiā ad cęsarem missus est: cultuq; regio & cæteris obsequiis pręter diadema utebatur. Tempore autē sequenti ualuit suā matrem in cubile Mariānes inducere: duobusq; armorum generibus in fratres usus: blanditiis & opinationibus regi obrepsit: ut etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrū quidem secū romam pater abstractū: ueneni sibi dati reum apud Cæsarem postulauit. Ille autē uix deplorandi copiam nactus: & licet imperitissimū iudicem: tamen Herode & Antipatro prudētiorem: delicta quidē patris uerecunde repressit: in se uero delata crimina diluit: periculorūq; socio fratre purgato: mox de Antipatri calliditate & de suis iniuriis quęstus est: cū prater innocentiæ constantiā eloquentia iuuaretur. Erat autē accerrimus iudicendo. Postremo prolocutus q; eos pater libēter occideret: auxit facinus & lachrymas quidē cūctis excussit. Verū Cęsarem sic affecit: ut eorum accusationibus spretis Herodem statim reuocauit in gratiā. Hac aūt lege reconciliatio facta est: ut adolescentes quidē patri in oibus obedirēt: ille autē relinqueret regnū cui uellet. Postea rex roma reuersus: licet soluisse crimínibus filios uideretur: nondum tamē erat suspitionibus liberatus: quoniā argumentum odii sequebatur antipater: & si uerecundia reconciliatoris palā proferre inimicicias non auderet. Cum uero Siciliā præternauigans Eleusinam uenisset: suscepit eum benignissime Archelaus: pro salute generi gratiā referens: & reintegratę concordiæ causa lętus: quippe nihil moratus amicis romę scripserat: ut in causa dicenda suffragarentur alexandro: & usq; ad zesiriū deduxit talentis triginta donatū. Postea uero quam hierosolymam peruenit herodes: populo conuocato tribusq; filiis prope se stantibus cām reddit profectionis: multasq; deo gratias agit: multas etiā cęsari qui domus suæ perturbationē sedasset: quod regno maius esset: cōcordiam filiis præstitisset: quā ego inquit arctius cōpilabo. Nam ille quidē me regni dominū & successoris iudicē constituit: Ego autē cum mea cōmoditate grias illi refero: tresq; filios meos reges designo: huiusq; sentētiæ me socium primum dominū fieri precor: deinde uos. Nanq; huic ætas: illis nobilitas successionem regni cōciliat quidē magnitudo eius etiam pluribus sufficit. Quos autē Cęsar uinxit: pater constituit obseruare. Non iniustis eos neq; disparibus: sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet cū lętitia qui præter ętatē obsequitur: quantū ei quem despiciet doloris infliget. Quos autem singulis coniunctos esse oporteat: propinquos atq; amicos ego distribuā: & concordiæ sponsores illos constituā: pro certo sciēs seditionū contentionumq; causas ex cōtubernalium nasci malitia. Hosq; si boni fuerint affectiones tueri. Rogo autē ut non solū isti: sed etiā primates ordinū exercitus in me solum spē habeant in præsentia. Non enim regnū: sed regni honorem filiis meis trado: & iocunditatē quidē quasi rectores potientur: pondus autē rerū tametsi nolim meū est. Consideret autē quisquis uestrū ætatem meā: uitæq; institutū nec nō etiā pietatē. Nam neq; senex adeo sum ut de me cito desperetur: neq; uoluptatibus assuetus: quæ adolescētium quoq; uitā spacio breuior concludunt. Diuinitatē uero ita colimus: ut in longum nos ęuū progressuros esse credamus. Quod si quis in cōtemptum meū filiis meis placere maluerit: etiā pro illis mihi supplicīū dabit. Ego enī non q; inuidiam de me genitis honorifice eos haberi ueto: sed quia noui hęc adolescentibus studia ferociæ nutrimenta suggerere. Itaq; sic cogitent qui ad eos se applicant: bonis quidē apud me paratū esse pręmiū: seditiosis uero apud ipsos quibus lenocinabunt': infructuosam fore malignitatem. Omnes profecto mecū hoc est cū filiis meis sentirent. Nāq; his expedit me regnāte neq; his eē concordem. Vos aūt o boni filii sacram primū retinentes mente figurā: cuius affectiones inter feras bestias saluę sunt. Deinde Cęsarē qui nos reduxit in gratiā meq; tertiū qui ea quæ iuberet liceat rogē fratres permanere. Iam nunc autem uobis: & uestimenta & obsequia dabo regalia. Deumq; oro conseruare iudiciū meum si concordes eritis. Hæc locutus singulos benigne cōsalutauit: populumq; dimisit alia conuenientia dictis eius optantes qui uero mutationis erant cupidi nec audisse quidē se quicquā simulantes: fratres autē dissensio non reliqt: sed peiora suspicantes alius de alio degressi sunt. Namq; Alexander & Aristobolus ægre ferebant confirmatū esse antipatro meritū. Antipater autē succensebat uel secundo loco fratres haberi. Sed tñ ille prouarietate morū & reticere secreta nouerat: & quanto sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate in lingua erat quicqd uenisset in mentē. Et multi quidē his instigandis operā dabant: plures autē amicorū sese explorandi causa insinuabant. Itaq; omne quod dictum esset apud Alexandrū statim apud Antipatrū erat: & ab Antipatro ad Herodē cum adiectione deferabatur. Nec uel similiter aliqd prolocutus: adolescens innoxius habebat': sed cuncta eius uerba in crimina uertebant': maximaq; minimis affingebāt': sic ubi liberior paulo fuisset. Semper autē qui eum irritarent submittebat antipater: ut mēdacia sua ueras occasiones haberent: multisq; falso uulgatis unum quid cō ꝓbatū fidē oibus faceret. Sed huius qdē amicorū q̄sq; aut natura taciturn⁹ erat: aut muneribus parabat': ne quid occultū expromeret negasset aliquis si antipatri uitā malitiæ dixisset arcanū: Alexandri uero familiares aut pecūia corruptos aut impulsos blanditiis q̄bus expugnauit oīa: proditores ac fures eorū quæ contra se dicerentur: siue agerent' effecerat. Cū eaute uniuersa cōmitteret: astutis etiā criminationibus aditus ad Herodem moliebat': fratrisq; personā gerens aliis delatoribus utebatur. Si quid in alexandrū nuntiassent fauore simulato id quidē primo reprehendisset: mox otiose adstruendo regis iracundiā prouocabat: omniaq; ad insidias referebat: & ut necē patris Alexander optare uideretur. Nihil enim maiorē fidem calumniis suggerebat quā si eum purgaret antipater his accensus Herodes quantū in dies singulos de affectu adolescentiū detrahebat: tantū adiiciebat antipatro. In eandē uero partē inclinati sunt etiā qui regno parebant: hi uolentes alii pro imperio sicut Ptolomæus amicorū carissimus: regisq; fratres ac tota progenies: omnia nanq; in antipatro sita erant: & quod Alexandro fuit acerbissimum cuncta in eorū perniciem matris antipatri cōsilio gerebant'. Nouerca enim ꝑior erat: multoq; plus q̄ priuignos oderat: quos regina mater ędiderat. Sed quāquam omnes ut Antipatro magis obsequerentur spes inducebat: non minus tñ prędicta regis quenq̄ ab adolescentibus separabant: qui carissimis dixerat: ne quis ad Aristobolū uel eius fratrem accederet: aut se ad eos applicaret: nō solis enim regalibus erat formidini: uerūetiā externis. Nulli enim regū tantum potestatis Cæsar dederat: ut fugitiuos suos q̄is ex ciuitatibus non subiectis eliceret educere. Adolescentes autē delata in se facinora nesciebant: hisq; propterea capiebant' incautius. Nullus enim palā incausabatur a patre: sed affectu refrigescente paulatim intelligentes dolorē asperius excitabantur. Eodē autem modo etiā Pherorā patruum & Salomen amitā cōtra illos cōmouit antipater assidue: uelut cū uxore sermocinando: quibus in eos instigaret'. Huius autē inimicitiis conspi

rabat Alexandri quoq; uxor Glaphira multa de sua nobilitate cõmemorans: cunctarũ q; se quæ in regno uiuerent dominã esse dictitãs: paternũ enim genus a temeco: mater nũ ab Dario histaspis filio ducere: multũq; ignobilitatẽ despiciens sororis & uxoris herodis: quarũ quæq; propter formã non propter nobilitatẽ esset electa. Nã multas ei fuisse diximus uxores: quod licet & iudęis more primo plures habere: quodq; rex pluribꝰ oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiã & contumelias Glaphirę inuisus erat Alexander. Salomẽ autẽ aristobolus: & si socrus eius erat: ipse inimicã sibi reddidit: & ante quidẽ propter maledicta Glaphirę sęuientẽ: & frequenter ei humilitatem generis obiiciebat uxori: quodq; ipse plebeiã regiã uero frater suus duxisset alexãder: hoc Salomes filia cum fletu matri nũtiauit. Addebat autẽ q; aliorũ quoq; fratrũ matres idẽ alexãder & aristobolꝰ si regnũ obtinuissent: textrices cũ ancillis facere minitarentꝰ ipsos quoq; uicorũ scribas scilicet irridentes q; litterarũ studiis operã darent. His commota Salomes q; iracundiã cohibere non posset herodi cuncta indicauit. Satis autẽ idonea uidebantꝰ cõtra generũ dicens. Et præter hæc alia quædã criminatio diuulgata est: quæ succendit animũ regis. Audiuit enim Alexandrũ & Aristobolũ crebro matrẽ implorare: casumq; eius cũ gemitu atq; imprecationibus conquęri: ac sępe illũ quędã ex Mariannes uestimentis posterioribus diuidentẽ cõiugibꝰ minitari solitos esse q; cito ꝓ regalibꝰ delitiis eas factis uestibꝰ iduerẽt. His de causis Herodes licet præstantẽ animũ adolescentiũ formidaret: tñ ne spem correptionis eis abscinderet: ad se eos uocauit. Romam enim nauigaturus erat: & quasi rex pauca interminatus pluribus quasi pater monuit: rogauitq; ut fratres dilígerẽt promissa priorũ peccatorũ uenia si post hæc meliores fierent. Illi autẽ criminationũ inuidiã deprecando fictas eas esse dicebant: purgationisq; suæ fidẽ rebus ipsis posse cõstare: uerũ quoq; ipsum debere omissa facilitate credendi aditũ maledictis obstruere. Nunquã enim calumniatores defore: dũ cui persuadeatur extabit. Cũ his cũ mature placuissent: qui ut patrẽ præsenti metu reiecto: de post futuris mœrere cœperunt. Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam: & patruũ pheroram: utriq; autẽ sęui & graues erant: sed amplius pheroras qui totius quidẽ regni præter diadema socius erat: proprios autẽ redditus habuit. c. talenta totiusq; transiordanẽ fructus ipse caperet a fratre sibi dono data. Quin etiã Tetrarchã cũ fieri beneficio Cęsaris idẽ Herodes impetrauerat: regaliq; coniugio dignatus erat: sorore uxoris suæ nuptũ ei collocata. Et post illius mortẽ desponderat ei filiarũ suarũ maximã. ccc. talentis in dotem datis. Sed regale cõiugiũ pheroras ancillæ amore captus refugerat. Quamobrem iratus Herodes filiã quidẽ nuptum dedit fratris filio: qui post a parthis occisus ẽ. Mox autẽ morbo pherore uenia data indignationẽ remisit. De hoc etiã erat opinio q; uiua regina herodẽ opprimere uoluisset ueneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat: ut q̃uis amantissimus frater esset herodis: fide tamẽ eorũ quæ audisset adducereꝰ ad metũ. Itaq; de multis qui suspecti erant habita questione postremo ad pherore amicos uenit: quorũ nulla quidẽ fuit de maleficiis aperta confessio: sed q; amita suspecta in parthos cogitasset effugere prodiderunt. Huius aũt consilii & fuge cõscium esse Aristobolũ Salomes maritũ cui rex eã tradidit. Postq̃ superior adulterii causa pemptus est: sed nec Salomæ criminatione libera manserat. Nã & hanc pheroras accusabat q; cũ Sillaeo procuratore obedire regi Arabũ de nuptiis cõstituisset: quẽ inimicissimũ Herodes habet: cõuicta autẽ & in hoc & in oĩbus: quę pheroras detulerat indulgent: tã męruit: atq; ipsum etiã pherorã criminibus soluit. Domus uero tempestas in alexandrũ transiit: totaq; capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regi carissimi: & ex genere famulatus neminẽ id latebat. Vni enim uinũ ministrare fuit cura: alteri cœnã apponere: tertius aũt dormitũ

eum collocabat: & cũ ipso cubabat: hos muneribus maximis Alexãder cupiditati suæ subiecerat. Itaq; postquã regi hæc sunt indicata ui tormentoꝝ coacti & stuprũ confessi sunt: & quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset Alexander nullã in herode spẽ habendã esse: improbo sene commemorans: & qui capillos inficeret: nisi ob hoc solũ eum etiã adolescentẽ putarent: uerũ se colioportere: qui etiam inuito eo regni eẽt futurus successor. Neq; multo post ab inimicis pœnas repeteret: fortunatosq; amicos suos beatosq; faceret ac præ cęteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clam parare: militũq; rectores. Itemq; ordinũ principes occulte ad eũ cõuenire dixerũt. Hęc Herodes adeo ptimuit: ut nõ auderet statim delata proferre: sed exploratores die noctuq; submittens dicta factaq; singula scrutabatur: & de quibus suspitio esset illico trucidabat. Itaq; regnũ eius acerbissima iniqtate repletũ est. Nam ꝓ suo quisq; odio uel inimicitiis calũnias fingere: multiq; regis iracũdia cędis cupida cõtra aduersarios abutebantur: & mendacio qdem cõfestim fides habebatur. Erant autẽ criminationibus ipsis uelociora supplicia. Deniq; accusabatur q modo accusauerat: & cum eo qui ante iustus eẽt ducebatur ad pœnã. De uita nãq; periculũ regis quæstiones breuiore cõpendio terminabat. Ad hoc autẽ sęuitia processerat: ut nec eoꝝ quamq̃ humanitus aspiceret: qui accusati nõ essent: uerũ etiã amicis immitissimum sese pręberet. Itaq; multis ẽt regno interdixit: & in quos potestatem nõ haberet in eos dictis asperis sęuiebat. Accessit malis Antipater collectaq; amicorũ caterua nullũ criminationis genus omisit. Tantus etiam ineptia sua regẽ cõmentisq; delatoꝝ timor inuasit: ut stricto instare sibi gladio uideret Alexandrũ. Deniq; subito & ipsum correptũ in uincula conieciț: & in amicoꝝ eius tormenta perrexit: multi aũt taciti moriebantur: nulla uitę supra conscientiam proditi. Alii uero qbus mẽdacium impatientia doloris extorsit: de patris cum insidiis cũ fratre Aristobolo cogitasse dixerunt tẽpusq; obseruare: ut illo dum uenaretur occiso romã profugerent. His tametsi uerisimilia non erant: sed necessitate cruciatus ex tẽpore fingebantur: libenti tamen animo rex credebat pro consolatione accipiens uincti filii ne id fecisse uideretur iniuste. Verũ Alexander suspitionẽ patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur: ultro malis assentiendũ putauit ac digestis aduersus inimicos. iiii. libris fatetur insidias: eorũq; se plurimos socios habere proscribit: ante oẽs autẽ Pherorã & Salomen. Hanc enim etiã stupro sibi quondã esse mixtã: cum uim noctu adhibuisset inuito. Iamq; libri in manibus erãt herodis: multa & grauia de optimatibus fere clamantes cũ mature in iudæã Archelaus uenit metuens genero simul ac filię quibus etiã prouidentissimo cõsilio succurrit: regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cũ eo cõgressus ubi nam est: clamat exitialis gener meus: aut ubi parricidiale caput aspiciam: quod meis manibus ipse lacerabo: addãq; filiam meã bono marito nouo. Nã & si consilii particeps non est: quia tñ eiusmodi uiri coniunx fuit inquinata est. Miror autem patientiã tuam cuius periculũ agitur q; adhuc uiuit alexander: ego namq; ita ex cappadocia properans ueniebant: ut qui & illũ olym reperirem dedisse supplicĩũ: & de filia quæstionẽ tecũ haberem: quã uitę atq; contẽplationis dignitate illi desponderam. At nunc de utroq; nobis consulendũ est: licet nimiũ pater sis: & ad puniendũ insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundię uicariæ succedamus. Talibus increpans q̃is pertinacẽ fallit herodẽ. Itaq; quos Alexander pscripserat libros legendos ei præbet singulisq; capitulis insistens cum eo deliberabat. Vnde occasionẽ sui consilii nactus Archelaus paulatim causas in eos qui scriptis continebantꝰ: & in pheroram contulit. Cũ autẽ sibi credere regẽ uideret: considerandũ est inqt ne forte adolescentulus tot nequissimoꝝ insidiis circũueniatur: non tu ab adolescentu-

lo:nec enim apparere cãm cur in tantum ruerit ſcelus:qui & nunc regno potireť:& ſucceſſionẽ regni ſperaret niſi aliquos haberet huius perſuaſionis auctores: qui ad ſiniſtrã partem lubricũ ætatis impellerent. Ab eiuſmodi nãq; hoibus non ſolũ adoleſcentulos falli:ueꝝ etiã ſenes domoſq; clariſſimas totaq; regna ſolere ſubuerti. Cõſentiebat dictis herodes:iramq; paulatim remittebat in alexãdro:& in pherorã excitabatur. Nãq; hoc erat librorꝝ quatuor argumentũ:qui ubi propenſiorẽ eſſe regis aĩum ſenſit: & in oĩbus apud eũ amicicią Archelai prẽualere:quã honeſte non poſſet ex impudentia ſalutẽ quę ſiuit. Relictoq; Alexandro cõfugit ad archelaũ. Et ille nõ inquit uidet quo ſe pacto exi mat tãtis criminibus inuolutũ:qbus manifeſte cõuinceret regẽ inſidiis uoluiſſe decipere omniumq; maloꝝ præſentiũ adoleſcenti cã fuiſſe: niſi malit omiſſis artibus callidis & negandi pertinacia qbus inſimularet oĩa confiteri:& a fratre pſertim cũ dilectus eẽt ueniam petere. Nãq; ad hoc ei modis oĩbus ſe quoq; opẽ laturũ. paruit Archelao pheroras:atraq; ueſte cũ lachrymis:ut quã miſerabilis appareret inſtructus ad pedes herodis acceſſit:ſicq; meruit ueniã poſtulans:& ſe qdem ſceleratũ eſſe fatebať. Nãq; oĩa quæ ſibi obiicerent feciſſe. Horũ aũt cauſam eſſe dicebat diminutionẽ mentis atq; inſaniã ex mulieris amore conceptã. Itaq; poſtq̃ ſtetit pheroras ſemetipſe accuſator ac teſtis tunc cũ iam Archelaus excuſando herodis iracundiã mitigabat propriis uſus exẽplis. Etenĩ ſe quoq; a fratre multo grauiora ppeſſum. Naturale ius dicebat antepoſuiſſe uindictæ quippe in regnis uelut in magnis corporibus ſp aliquã partẽ pondere ipſo tumeſcere:q̃ recidi qdẽ nõ oportet:leniter uero curari. Multa in hũc modũ locutus archelaus. Herodẽ quidẽ pherorę placidũ reddidit:ipſe aũt Alexandro tãdiu manebat iratus: filiamq; ab eo diſtractã ſecũ abductuꝝ eẽ firmabat:donec Herodẽ compulit ultro pro adoleſcẽtulo depcari:ut iteꝝ ei filiã deſponderet. Satisaũt cum grauitate archelaus cui uellet eã præter Alexandro collocari promiſit:maxime enim impendere quæ iura iter ſe affinitatis inuiolata permaneant:rege aũt ſibi filiũ ab eo donatũ iri firmãte niſi matrimoniũ diremiſſet:qꝝ & liberos iam haberent:uxor quoq; ab adoleſcẽte diligeret: quæ ſi remaneret:peccatoꝝ foret obliuio:ſi uero diſcederet cã de oĩbus deſperandi molliorẽ nãq; fieri audacia:ſi domeſticis affectionibus diſtrahatur. Vix tandẽ ceſſit:unaq; & ipſe rediit cũ adoleſcente in gratiã & patrẽ eius reduxit. Proculdubio tamen eũ Romã mitti debere: ait cũ cæſare collocatuꝝ:de oĩbus enim ſeſe litteras ad eũ feciſſe. Conſiliũ quidẽ Archelai quo geneꝝ periculo liberauit peractũ erat:& reintegrata gratia in epulis & humanitate cõuictus familiariter uerſabanť. Abeuntẽ aũt muneribus talentoꝝ ſeptuaginta:ſolio quoq; aureo gẽmis ornato. Et eunuchis & cõcubina donat herodes quæ panichis uocabať. Itẽq; amicoꝝ eius quẽq; pro merito:quin & cognati regis oẽs iuſſu eius Archelao dona dederunt:eũq; tam ipſe quã optiates eius Antiochiã uſq; proſecuti ſunt. Non multo aũt poſt qdam in iudæã uenit Archelai cõſiliis multo potentior:q non ſolum reconciliationẽ gratiæ Alexãdro quęſitã fecit irritam:uerũctiam cauſa fuit ut periret. Laco erat genere noie Ericles ad regni deſideriũ amore pecũiæ corruptus. Iam enĩ luxũ eius regia tolerare nõ poterat. His ampliſſimis donis herodi oblatis: uelut eoꝝ quę aucupareturillecebra:cũ ſtatim multiplicata recepiſſet imaculatã liberalitatẽ nihil eẽ ducebat:niſi regnũ ſanguine cõparaſſet. Itaq; regẽ adulatione falſiſq; de ipſo laudibus:& ſermonis calliditate circũuenit: matureq; proſpecto eius ingenio dictis ſimul & factis quę illi placerent inter primos eius amicos habetur. Nã & rex & oẽs eius comites libẽter ciuẽ ſparthæ patriæ cã præcipuo dignũ honore ducebant. Ille aũt poſtq̃ fragilitatẽ domus animaduertit:fratrũq; inimicicias: & quẽadmodũ pater iſingulos eſſet aiatus: Antipatríque qdem hoſpitio prẽuentus erat. Simulata uero amicicia fallebat Alexan

drũ olym ſe & Archelai ſotiũ eſſe mentitus:quo etiam citius quaſi probatus obrepſit. Moxq; ab eo fratri quoq; Ariſtobolo cõmendatus eſt. Pertentatis aũt perſonis oĩbus aliã alio modo ſubibat. ac primũ fit antipatri mercenarius & alexandri proditor: illũ ex probando caſtigans qꝝ cũ fratrũ ſit maximus ſpei ſuę negligit inſidiatores. Alexandrũ uero qꝝ regina creatus & regię coniugis uir filiũ priuatæ mulieris pateretur regno ſucędere. Pręſertim cũ habebat magnã occaſionẽ Archelaũ quę quidẽ adoleſcenti uera fide ſuadere uidebatur:qꝝ amicitiã ſimulaſſet archelai. Vndenec Alexander quicq̃ metuens: & de antipatro quæ ſe mouerent apud eũ quęrebatur. & qꝝ nihil mirũ faceret herodes ſi cũ matrem illoꝝ interemit:ipſis quoq; regnũ auferret. quoꝝ cauſę Euricles & miſereri eos & dolere pariter ſimulãs etiã ariſtobolum ad ea dicenda pellexit: atq; ita querelis i patrẽ utroq; deuicto referens ad antipatrũ ſecreto diſcedit:afflicto inſidiaꝝ quoq; mendacio quas ei fratres firmaſſe parabat:ac pene iam ſtrictis gladiis in eũ irruere. Ob hoc autẽ multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrẽ:& ad extremũ necis alexandri:& ariſtoboli redẽpta opera ipſe accuſatoris partibus fungebať. Cunq; adiiſſet Herodẽ uitã ei ſe rependere beneficiis ſibi prodelatis:& lumẽ referre dixit hoſpitio. Nãq; olym alexandrũ exacuiſſe gladiũ & cõfirmaſſe dexterã:ueꝝ a ſe ſceleri tãto fuiſſe impedimento qꝝ ſocietatẽ facinoris aſſimulaſſet. Alexandrũ enim dicere nõ bene ſecũ Herodẽ actũ putaſſe: qꝝ regnũ obtiuiſſet alienũ:& poſt matris eoꝝ necẽ principatũ eius dilaceraſſet:niſi ẽt degenerẽ coaptaret heredẽ: auitũq; ipſoꝝ regnũ antipatro ſpurio propinaret. Proinde ſemet hyrcani manes & Mariãnes ultũ iri. Nec enim decere ſucceſſionẽ regni ab huiuſmodi patre ſine cęde ſuſcipere:multis enĩ rebus ad hoc excitari quotidie:qa nihil ſibi oĩno loq ſine calũnia liceret. Nãſi de nobilitate alioꝝ fiat mẽtio ſine ratione ſe contumeliis affici patre dicente ſolus generoſus alexãder:& cui pater ſit ꝑ ignobilitate dedecori inuẽtionibus quoq; offendere ſi taceat. Si uero laudet cauillatorẽ appellari prorſus ubiq; immitẽ ſibi patrẽ offendere:ſoliq; antipatro indulgentẽ:ob quę uelle mori non recuſare:niſi ex uoto inſidiæ ſucceſſiſſent: ſin eum occidiſſet:primum ſalutis occaſionem fore archelaum ſocerum ſuum ad quem facile poſſit effugere. Deinde cæſarem qui nunc uſq; ignoraret mores herodis. nec enim ſic ei aſtaturum ut antea patris præſentiã formidando:nec de ſuis tantũ criminibus locutuꝝ: ſed primũ totius gentis erũnas:& quos ad necẽ uſq; tributis opprimeret uulgaturũ. Deinde in qbus delitiis qbuſq; actibus parte ſanguine pecunię conſumptę ſint:& qui uel quales ex illis fuerint locupletati. qua cã ciuitates plagatę:ibi aũt quęſiturũ: & aui & matris necẽ: oĩaq; ſcelera regis retextuꝝ:quib9 cognitis nemo ſe iudicauerit parricidã. His Euricles in alexãdrum falſo delatis antipatri laudes proſequebatur illũ ſolũ qui patrẽ diligeret eſſe cõfirmans. quicq; adhuc inſidias retardeſſet. Rex aũt nondũ prẽteritę ſuſpitionis dolore cõpreſſo intolerabilis iracũdię feritate turbatur. in hoc tẽpus nactus antipater alios accuſatores fratribus ſubornauit:qui eos dicerent cũ iocundo & tiranno clã colloqui ſolitos eſſe equitũ regis olym principibus:tunc uero propter quaſdã offenſiões ordinibus motas. Hac deniq; indignatione ſuccenſus:confeſtim eos tormẽtis Herodes ſubdidit. Illi autẽ nihil eorum ſe quę crimini darentur ſcire confeſſi ſunt. ſed oblata eſt quędã uelut ad propoſitũ caſtelli alexandri ab alexãdro ſcripta epiſtola depcante:ut cum Ariſtobolo fratre ſe in caſtellũ reciperet: ſi patrẽ iterfeciſſent:tam armis quam aliis ſubſidiis eos uti permitteret:hanc alexander diophanti cõmentũ eſſe dicebat:qui regis erat notarius homo audaciſſimus:& cuiuſlibet manus litteras imitari pcallidus. Itaq; multis ſępe falſo cõſcriptis ob hoc poſtremo occiſus eſt. Torto aũt caſtelli quoq; præpoſito: nec eius indicio quicq̃ Herodes eorum quę delata erant uera eſſe cognouit. Sed q̃is nullũ do-

cumentū ualidū proferret:filios tamē interim absolutos asseruari pręcepit.Euriclea uero domus suę pestē ac totius sceleris fabricatorē bene de se meritū datoremq; salutis appellans:talentis quinquaginta donauit . Ille aūt priusq; certū fama nūciaret ad Archelaū properat:aususq; dicere:q; Herodē reconciliasset alexandro:ab illo quoq; pecunias capit.Deinde in achaiā transgressus ad similia facinora malequęsitis abusus est. Postremo apud Cęsarē accusatus q; dissensionibus repleuisset achaiam & ciuitates spoliaret: inde fugatur:atq; hoc eum mō pœne Alexandri & Aristoboli persecutæ sunt.hoc loco dignū est Coum cuaristū huic spartiatę conferre . Nāq; is cū amicissimus esset alexandro:eodēq; tēpore quo Euricles ibidē erat aduenisset:percōtanti regi super his quæ ille insimularet:iuratus nihil se ab adolescentibus audisse firmauit.Nec tamen id quicq̄ miseris profuit apud herodē solis maledictis aures paratissimas aperientē eumq; gratiosissimū sibi iudicantē:qui secū eadē crederet:hisdēq; moueretur.Incitabat pręterea Salōe crudelitatē eius in filios:Nāq; hanc Aristobolus quo periculis inuoluerat:quā & socrū habebat:& amitā monitū miserat:ut saluti suæ consuleret:quasi rex eā decreuisset occidere iterum insimulatā quoꝝ antefuerat accusata . q; enim Sylleo arabi nubere cupiēs quē sciret eius inimicū:occulta illi secreta regis nuntiaret.Et hoc fuit extremū quo tanq̄ tempestate oppressi adolescentes:non secus ac turbine pessundati sunt . Salome enim protinus contendit ad regem eiq; monita aristoboli prodit:atq; ille ulterius durare non passus:utrūq; filium uinxit:& separatos asseruari præcepit.Deinde uolūmū militię magistrū:& ex amicis suis olymphū descripta ferētes indicia proficisci iussit ad cæsarem:q postq̄ Romā naui delati sunt:regisq; litteras reddiderunt:uehementer quidem cęsar in adolescentes exarsit:ueꝝ etiā potestatē in filios a patre auferendā esse nō duxit.Deniq; rescribit ei ut ipse sui dominus esset arbitri:melius tamē facturum dicens : si in cōmuni cōsensu propinquoꝝ suorū ꝓuinciæq; rectoꝝ de insidiis quæreret:eosq; si delato crimini repperiret astrictos occideret.Si uero fugā tantū esse meditatos mediocri supplicio cōtentus esset.Parit scriptis herodes:cūq; Berytū quo cęsar iusserat peruenisset cogit iudicū.Prędederūt autē iudicio rectores: quibus a cęsare scriptū fuerat: Saturnius & Penarius legati:& cū his uolumnius procurator.Itēq; proquinqui regis & amici: necnon & Salome & Pheroras:& post hos optimates Syrię præter Archelaū regem. Nāq; hunc Herodes q; Alexādri socer esset suspectū habebat . Sed filio quidē satis prouido cōsilio in iudiciū non produxit : sciebat enim q; si tantum uixi fuissent oi mō ad misericordiam cunctos impellerent:si uero etiā dicendi copiā nacti essent facillime alexandrū obiecta diluere.Igiē illi quoq; custodiebantur in platene uico sidoniorū.Exorsus aūt rex ueluti cum pśentibus ageret cōmouebatur:& insidias quidē timide obiiciebat Nā probationibus deficiebat maledicta uero & probra & iniurias:& peccata plurima in se admissa ꝓsequebatur:eaq; morte grauiora esse cōfessoribus demonstrabat.Postremo cum nemo cōtradiceret semetipsum argui miserabiliter quæstus:acerbāq; uictoriam uincere singulos sententiā rogat in filios:& primus saturnius condēnandos esse adolescentulos : sed non morte pronūciauit:nec enim fas esse cū tres ipse astantes habet filios mortē alienis decernere.Idē etiā duobus legatis uisum ē:eosq; nōnulli alii secuti sunt. Tristē uero sententiā primus uolūnius dixit cunctiq; post eū Herodis ęmulatione uel odio : neq; indignatione quisq̄ necandos esse adolescentes iudicauit. Tunc aūt uniuersa iudæa & Syria suspēsa quidē opperiebatur huius tragœdiæ finē: sed nemo ęstimabat herodis crudelitatem ad parricidiū usq; processurā.Ille tantū filios tyrū traxit:atq; inde natū Cęsareā deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea uetus quidā regis miles Tyro noīe:qui & filiū habebat Alexandro assuetū atq; amicū:& ipse diligebat adolescētu

los:prę nimia indignatione mentis in postremo hos circūiens clamitabat conculcatam esse iustitiā:ueritatem periisse:naturā esse confusam: uitamq; hoium iniquitatis esse plenam:& omnia quę dolor contemptori uitæ dictasset:deinde ipsum ēt regem ausus adire: mihi uero inquit omnium uideris esse infœlicissimus:qui contra carissimos nequissimis credas.Siquidem pheroras & Salome fidem apud te aduersus filios habent: quos sæpe ipse mortis supplicio dignos eē iudicasti:neq; aduersus hoc eos agere:ut iustis successoribus destitutus cum solo remaneas antipatro capi facile regem optantes. Verūtamen cogita ne ille quoq; militibus odiosus sit propter cędem omnium fratrū Nullus enim est qui non adolescentiū misereatur : Principum aūt plurimi etiam palam grauiter ferunt. Hæc dicens simul eos :quibus res indigna uideretur nominabat. Rex autem statim illos & ipsum cum filio comprædendi iubet.Ibiq; cum aliis quidam regalis tonsor nomine Tripho : nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans prosilit: ac mihi quoq; Tyro inquit iste persuasit ut occasione tondendi nouacula te occiderem : magnaq; alexandrum daturum munera pollicebatur.His auditis herodes:& tyronem eiusq; filium: & tonsorem subdidit quęstioni . Cūq; illi pernegarent:tonsor aūt amplius nihil diceret tyronem uehementius torqueri iussit : tumq; filius eius patris miseratione commotus cuncta se regi:si eum sibi condemnasset indicaturum promisi. Eoq; relaxato ipsius occidendi patrem suum habuisse uoluntatem:dixit impulsum ab alexandro:Hoc autē quibusdam factū ab adolescente uidebatur:quo tormentis eriperet patrem. Nonnulli ueꝝ esse firmabant.Herodes tamē & militum principibus & tyrone pro contione accusatis ita in eos armauit populum:ut ibidem cum tonsorē lignorum & lapidum ictibus interirent.Filios uero in sebasten missos:quos non longo a cæsario interuallo distaret:offocari præcepit: eaqꝝ mature perfecta in castellū alexandrium mortuos asportari cum Alexandro materno auo sepeliendos.Hic finis quidem aristobolo & alexandro uitę fuit antipatro cum iam fine controuersia successorem regni speraret:intolerabile gentis excepit odium cunctis scientibus illum oēs fratribus suis cōseruisse calumnias : nihilq; minus timor eum non mediocris sollicitabat censente sobole peremptoꝝ.Erant enim alexādro ex Glaphira filii duo Tygranes & alexander:itemq; aristobolo ex Beronice Salomes filia herodes & agrippa & aristobolus filięq; Herodias & Mariāne.Sed Glaphirā quidē Herodes cū dote sua in Cappadociā dimisit postq̄ alexandrū interfecit.Beronicē autem aristoboli coniugē auūculo antipatri nuptū dedit: qui ut Salomen quā offensam hēbāt sibi reconciliare istas nuptias excogitauit. Idē uero ēt pheroram: muneribus aliisq; obsequiis atq; amicos præterea cæsaris ambiebat:magnas romam mittēdo pecunias.Saturnīū enim cum aliis oibus apud Syriam donis expleuerat hoc aūt magis inuisus erat cunctis quo plura dōabat:uelut opes tātas nō munificentia largiretur: sed metu cōsumeret. Itaq; eueniebat ut nec accipiendū beniuolentia quicq̄ profecerit quibusq; nihil dedisset aceruiores inimicos haberet In distributionibus muneꝝ quotidie largior erat:cū praterspem uideret orbos pueros ab Herode curari quantumq; illū peremptorū cœdis pœniteret prolis eoꝝ miseratione significari.Conuocatis enim ꝓpinquis ac amicis suis:& pupillis astātibus cum lachrymis oppleſſet oculos dixit:hoꝝ quidē mihi patres fortūa quędam tristis eripuit ipsos aūt orbitatis misericordia cū natura cōmendat.Experiar itaq; ut si pater infortunatissimus fui:auus tamē sim ꝓuidentior:& a qbus post me regantur amantissimos mihi reliquā.Despondeo igit filiā tuā Pherora maximo filioꝝ alexādri ut ei curator sis necessarius.Tuo uero antipater filio aristoboli filiā:eris enim hoc modo pater orbatę.Sororē uero eius meus Herodes accipiet:& pōtifice auo materno ꝓnatus.Et de his quidē sit iudiciū meū:neq; priusq̄ dirimet quin me amabit.Precor aūt deū etiam

bono regni mei:meorumq; nepotum copulare nuptias: atq; hos pueros placidioribus: quam patres eorꝝ oculis aſpicere. Poſtq; hæc locutus effleuit & pueroꝝ dexteras iunxit: benigniſſime conſalutatis ſingulis dimiſit conſiliũ: ſtatim diriguit antipater quantũq; dolore affectus eſſet neminẽ latuit pupillorꝝ. Nãq; honorem apud patrẽ quoq; ſibi derogatum exiſtimabat: iterũq; de rebus cunctis periculũ fore: ſi alexãdri filius prẽter archelaum ẽt pheroram adiutorem haberet. ad hoc reputabat odium ſuum & orbitatis miſeratione qua tota gens flectebatur quãto uiuentiũ puerorum ſtudio: & quanta memoria mortuorꝝ ipſius ſcelere tenerent iudæi. Itaq; omnimodo dirimere ſponſalia ſtuduit: & callide quidem patri ſurripere timuit ſæuienti: acriterq; uigilanti ad ſuſpicandũ. Palã uero eum ſupplex adire auſus eſt coramq; depoſcere: ne ſe honore priuari quo dignus eſſet iudicaſſet: nudũq; regis nomen habere uellet: regni aũt ſubſtantiã penes alios eſſe: nec enim poſſe reꝝ obtinere dominatum: ſi præter auum Archelaum ẽt Pheroras alexãdri filio ſocer eſſet adiunctus. Inſtantiſſime uero precabat: qa numeroſa eſſet regia progenies nuptias permutari. Nouem nanq; regi uxores erant: ſed harum ſeptẽ unde filios ſuſceperat ipſum antipatrũ ex doſide: herodem aũt ex Marianne pontificis filia: itemq; antipan & archelaũ ex Marthace ſamaritide filiãq; Olympiadem: quã frater eius Ioſephus habuerat: ex hieroſolomytide uero Cleopatram Herodem & Phylippũ: necnon ex Pallade Phaſelum. Habebat aũt filias quoq; alias Boſamen & Salomen: unam ex Phędra: & alterã ex Iopide: duaſq; uxores ſine filiis conſobrinam & ſororẽ ac præter has alexandri & ariſtoboli ſorores duas ex marianne. Cum igitur tanta prolis copia ſupereſſet aliter nuptias iungi poſtulabat antipater. Rex autem perſpecto eius animo quid de pupillis cogitaret, uehementer iratus eſt: quippe filiorꝝ quos interfecerat caſum reputãs formidabat: ne ẽt hi quandoq; criminationũ antipatri præmiũ fierent: ſed tunc quidem ſeuioribus dictis protelat. Poſtea uero blanditiis eius abductus ſponſalia reformauit: ac primũ ipſi antipatro Ariſtoboli filiam collocat: filiũ uero eius iungit filię pheroræ. Hinc licebit aduertere quantũ antipatri ualuerit adulatio: qꝺ ipſi in ſimili cã impetrare ſalome non potuit. Hanc enim quãuis ſoror eſſet: atq; hoc ſępe intercedente Iulia uxore cæſaris poſtulaſſet, arabũ regi nubere nõ paſſus eſt: ſed inimiciſſimã ſibi fore iurauit: niſi ab hoc ſtudio deſtitiſſet. Poſteaq; inuitam Alexæ cuidam ex amicis ſuis in matrimoniũ dedit: eiuſq; filiarũ unã alexandri filio: alterã antipatri auunculo tradidit. Natarũ autem Mariannes una ſororis filium habebat Antipatrũ: Altera fratris phaſelum. Sic interrupta pupillorꝝ ſpe antipater & pro ſua cõmoditate affinitatibꝰ iunctis expectatiõe certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia nequaq̃ erat tolerabilis: nã quia ſingulorꝝ odiũ uitare nõ potuit, ſecuritatẽ ſibi extorquere quęrebat. Cũ prẽterea pheroras ei ueluti iã cõfirmato regi obſecũdaret: quin & mulierũ conflata in aula cõflictio nouas turbas excitabat. Etenim pheroręuxor cũ matre ac ſorore ſua: necnõ & matre antipatri multa in regno ſolenter agebat: auſa etiã duas regis filias cõtumelioſe tractare: cui rei maxie ab antipatro erat obiecta. Itaq; cũ illi inuiſę eẽnt: alias qdẽ morigeras habebat: ſola uero ſalome aduerſabatur eoꝝ cõcordiæ: qꝺ nõ bono regis coirent apud ipſum inſimulabat. Cognita uero eius delatiõe mulieres quodq; herodes ægre tuliſſet apto qdẽ cõuentu & familiaritate abſtinuerũt: cõtra uero ẽt diſcordare iter ſe rege audiẽte ſimulabant. Cũ his adeo colluderet antipater: ut palã pheroręminie dubitaret offendere: occultos ãt cœtus & nocturnas cõmeſſationes habebãt: eaꝝq; cõfeſſionẽ fecit obſeruatio firmiorẽ: cũ horꝝ nihil ignoraret Salome. ſed herodi cũcta nũciaret. Ille ãt ardẽs iracũdia maxieq; cõtra pheroręcõiugẽ qꝺ eã preę ceteris accuſaret ſalome cõuocato cognatorꝝ amicorꝝ cõſilio: & talia mĩta mulieris & filiarꝝ cõtumelias crimini dedit: quodq; phariſęis mercedẽ cõtra ſe preę

buiſſet: fratrẽq; ſibi hoſtẽ reddidiſſet expugnatũ uenenis. Poſtremo cõuerſus ad pheroram: utrũ ait ſe fratrẽ an uxorem uellet optare. Cunq; ille ſe citius uita dixiſſet quã cõiugem cariturũ, incertus quid ageret ad antipatrũ ſermonẽ contulit: ac ne cũ pherora: uel eius cõiuge: aut quouis alio qui ad eam pertineret unq̃ colloqueret edixit. Verum ille palam præcepta cuſtodiẽs in occulto cũ his pernoctabat. Metuẽſq; obſeruationẽ ſalomes per amicos in italia degẽtes ut romam proficiſcereť effecit: ipſorꝝ perlatis litteris ubi antipatrũ aliquanto poſt tẽpore ad cæſarem mitti oportere perſcriberent. Igitur Herodes nihil moratus eũ miſit cunctis quę uſui forent magnaq; pecunia liberaliter inſtructũ. Teſtamentũq; una portandũ ei dedit: in quo Rex ipſe antipater inſcriptus erat. Et antipatri ſucceſſor Herodes ex Marianne põtificis filia procreatus. Quin & Syleus arabs itidem Romam neglecto cæſaris præcepto nauigauit. De his cum Antipatro certaturus: de quibus cũ Nicolao cauſam antedixerat. Nõ leue aũt cũ areta rege ſuo certamẽ habebat: cuius & alios amicos interfecerat: & Seuiũ in petra oppido potentiſſimũ: redẽptoq; Phabato diſpenſatore cæſaris fautore utebatur etiã in herodem. Sed maiore pecunia data herodes phabatũ a ſilleo remouit: ac per ſemetipſum quę cęſar iuſſerat exigebat. Ille aũt cum nihil dediſſet, accuſabat apud cæſarẽ phabatũ diſpenſatorẽ eſſe dicens: nõ quæ ipſi: ſed quæ herodi expedirent. Quibus cõmotus ad iracũdiã phabatꝰ adhuc aũt apud herodem maximus habebatur: ſecretorum ſillei proditor factus ẽ regiq; indicauit: qꝺ Silleus Corinthũ eius ſatellitem pecunia corrupiſſet: cumq; aſſeruari oporteret: neq; rex id facere dubitauit: quoniã corinthus iſte licet in aula regis eſſet educatus: ex Arabia tamẽ fuerat oriũdus. Igitur mox non illũ ſolum corripi: ſed ẽt duos alios Arabas iuſſit apud eum repertos unũ ſillei amicũ: alterũ philarchũ. Qui ſubditi queſtioni magna pecunia corintho ut herodem occideret, perſuaſiſſe confeſſi ſunt. Illi quidẽ ẽt a Saturnino rectore ſyriæ interrogati Romã trãſmiſſi ſunt. Herodes aũt pheroręuehemẽtius imminebat: ut repudiaret uxorẽ. Aliquid enim quod mulierẽ plecteret excogitabat quia multas in eã odii cauſas haberet: donec ipſum etiã fratrẽ cũ ea ſupra modum indignatus eiecit. Pheroras aũt æquo animo accepta iniuria in tetrarchiã ſuam receſſit: iuratus unum ſui exilii finem ſibi fore mortẽ herodis. Neq; ſe ad eũ reuerſuꝝ eſſe dum uixerit. Deniq; nec ægrotum quãuis ſæpe accitus fratrem uiſere uoluit cum quibuſdã mandatis eũ quaſi moriturus uellet inſtruere. Sed ille quidem pręter ſpem conualuit. Poſtmodũ aũt pheroras in morbũ incidit: tũq; herodis patientia demõſtrata eſt. Nam & uenit ad eum & humaniſſime curatum uoluit. Sed morbũ ſuperare non quiuit: in diebus enĩ paucis eſt mortuus. Quem licet ad ultimum uitę diem dilexiſſet Herodes: tamen qꝺ illum quoq; ueneno peremerit fama uulgatũ eſt. Verum eius corpore in hieroſolymam portato luctum maximũ cunctæ genti denuntiauit: clariſſimaq; funus ſepultura dignatus eſt. Vnus quidẽ interfector Alexandri & ariſtoboli hunc exitum uitę ſortitus eſt. Tranſiit autem in Antipatrũ authorẽ pœna ſceleris ex interitu pheroręnacta principium. Quidã enim ex eius libertis cũ regem triſtes adiiſſent, ratrem ipſius pheroram ueneno interemptum eſſe dicebant. Nam quendã ei cibum obtuliſſe coniugem ſuam non eo quo ſolebat modo condítum: eoq; ſumpto illum morbo protinus eſſe correptũ. ueniſſe autem ante biduũ matris ac ſororis eius accitu quandam ueneficã mulierculã ex Arabia: ut uenenum pheroræ cõficeret amatoriũ: & pro amatorio dediſſe mortiferum ſillei conſilio. Nanq; illi notum fuiſſe. Perculſus igitur plurimis ſuſpitionibus rex: ancillas & nonnullas libertinas queſtioni ſubiicit. Ibiq; tum exclamat aliqua doloris impatiens. Deus cœli terraq; rector in matrem Antipatri quę horum nobis malorum cauſa eſt, uindicet. Hoc rex indicium natus perſequebatur ulterius indaginem ueritatis. Mulier uero & mattis Antipatri fa-

miliaritatem eum pherora eiusq; uxoribus & occultos eorum conuentus: aperuit quoq; pheroras & antipater redeuntes a rege tota cū illis nocte potare soliti essent seruis oībus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinaꝝ hoc indicauit. Cum aūt ancillæ separatim: singulę torquerent: patuit oīum dicta congruere: qua de causa romam quidē antipater ex cōposito pheroras aūt trans flumen recedere curauisset. Nam sæpe illos in sermone dixisse q; post alexandrū & Aristobolū ad ipsos eorumq; cōiuges transiturus esset herodes. Nec alicui posse parcere: q marianne eiusq; filiis minime pepercisset: ideoq; melius esse ab hac bestia: quā longissime fugere. Sæpe aūt dixisse matri antipatrū conquerentē q; cum ipse iam canus esset pater in dies singulos iuuenescceret seq; fortasse priusq; regnare incipiat moriturū: aut nunq; ille decesserit quādo aūt istud fiet: uoluptatē sibi successionis omnino fore breuissimā. Pullulare præterea hydrę capita hoc est Alexandri & aristoboli filios: sibi aūt filiorū quoq; spem ademptā esse patris iniuria: qui non cos; quenquā post mortem suam regni successorem: sed Mariannes filiū scripsisset herodem. Qua qui dem in re prorsus eum senectute delirare; si testamentū suum standū arbitraret. Te nāq; ut ex eius progenie nemo supersset: curaturum. quinetiā cum oēs patres quibus inuisi unquā filii fuerunt odio uincat. Plus tamen eum etiam fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cum pherora colloquereť. c. talenta donasse atq; cum pheroras diceret quid enī per nos lędabatur: respondisse Antipatrum utinam cunctis ablatis nudos se dummodo uiuos relinqueret. uerum hoc nequaq̄ fieri potest ut tam pestiferā bestiam quisquā effugiat: sub qua neq; amicis esse palam liceret. Deniq; nunc occulte inquit conueniamus: licebit autem aperte si uiroꝝ spiritum manusq; habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt: & q; pheroras cum illis petram fugere cogitasset: ut omnibus autē dictis herodes crederet. c. talentis effectum est. De his enim soli antipatro dixerat. Igitur ante alios in dosiden antipatri matrē furor eius erumpit: eamq; omni ornatu quē illi dōauerat spoliatam multis comparato talentis expellit. Deinde ita depositā pherore mulieres a tormentis recreabat. Timore autem pauidus erat & ad omnes suspitiōes excitabatur multosq; innocentes metu ne quē nocentiū prętermitteret in torměta ducebat. Hinc ad sa maritā se conuertit antipatrū qui procurator erat antipatri: & ex illius cōmentis comperit necandi sui causa ex ægypto antipatrū uenenū malū petiisse per aliquē antiphili collegā: idq; ab eo antipatri auūculū accepisse hesdionē ac pherore tradidisse. cui mādasset antipater: ut Herodem occideret: dū ipse romæ abesset: ac suspitione careret: pherorā uero uenenū uxori suæ dedisse seruandū. Itaq; hanc euocatā statim rex quod acceperat asserre iubet. Illa uero quasi allatura egręssa de tecto se præcipitē dedit: ut eo modo exprobrationis & regis uerbera pręueīret. Sed dei prouidētia sicut apparet quæ ab antipatro pœnas repeteret non in caput: sed in alterā delata partē periculū mortis euasit. Portata q; ad regem ubi resipiscere potuit. Nā casus eā perturbauerat: & quamobrē se precipitasset interrogata iurāte rege: q; uera dicenti remitteret omne supplicium: sin falsa promere maluisset: corpus eius tormētis absumeret. Neq; sepulturę qcq̄ relinqueret: paulisper tacuit. Deinde qd inquit secreta custodio cū pheroras obierit Antipatro qui nos oēs pdidit seruatura? Audi rex & tecū de⁹ testis ueritatis qui falli nō pōt. Cū pherore morituro lachrymās assiderē: tūc ille me ad se uocauit: & multū inqt de mulier fratris erga me aio sum deceptus. Nā qui sic me dilígeret inuisum habui: & necare cogitaui: q tāto nūc mei: licet nec dum mortui: dolore cōfundiť. Sed ego qdem ob impietatē preciū fero: tu uero quod in eum seruas relictū nobis ab Antipatro uenenum huc affer propere: meq; uidente cōsume: ne ad inferos quoq; ultricem huius sceleris conscientiam deferam. Ita ut iussit attuli: & magnam quidem uenení partem sub obtutibus eius in ignem effudi: modi

cum uero mihi per dubios casus & quę te metuerē reseruaui. His dictis illa quidem oino paululū quiddam uenení habētem pixidem profert. Rex quidem in matrem fratremq; Antiphili contulit questionē. Verum hic quoq; antiphilum ex ęgypto attulisse pixidem fatebatur: illumq; uenenū a fratre apud Alexandriā exercente medicinā accepisse dicebant. Totū autem regnum circūeuntes Alexandri & Aristoboli manes ipsi erant incertaꝝ rerū exploratores atq; indices: & a suspitionib⁹ rēotissimas approbatiōes trahebāt. Deniq; etiam pontificis filiam mariannē conscią esse maleficioꝝ patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demonstratū est. Rex aūt matris audaciā filii quoq; penuria coercuit. Nam quē illa pepereat herodē Antipatri successorē scriptū ex testamento deleuit. Post hæc ēt Batillus nouissima consilioꝝ antipatri fides documentis accessit. Nanq; is erat quidem libertus eius: aliud autem uenenū ferens: hoc est aspidum uirus: aliorūq; serpentum sucos: ut si prius fuisset inualidum: hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem uero præter susceptam contra salutē patris audaciā uelut operam subsciuā habebat epistolas aduersum fratres cōpositas ab Antipatro. Erant aūt romæ in studiis archelaus & philippus iam adolescētuli magniq; animi regis filii quos antipater uelut immínentes spei suæ remouere festinans: quasdā in eos litteras ipse finxit amicoꝝ nomine romæ degentiū. Nonnullis aūt corruptis scribere persuasit. q; multis patrē maledictis caperent: Ac de Alexandri & aristoboli nece manifeste quęrerentur: seq; accitos esse grauiter: iam enim pater eos redire pręceperat: idq; maxime sollicitabat Antipatrū. Quinetiam priusquā ꝓficisceret in iudęa cōstitutus Antipater: eiusdem modi contra eos romæ litteras mercabatur: patrem adeundo uitandæ suspitionis causa fratres purgare simulabat: quędam falsa scripta: quędam uero adolescentię peccata esse cōmemorans. Quo q dem tempore scriptorib⁹ epistolarū quas in fratrum pernicię simulabat: plurimis pecuniis datis sumptum cōfundere tentabat indicia. uestem preciosam: uariaq; stragula: poculaq; argentea: necnon & aurea cōparando: aliaq; plurima instrumēta: ut precioꝝ magnitudine mercedes falsariis erogatas cęlaret. Deniq;. cc. talenta retulit expēsa & maxima fuit occasio causa sillei. Vniuersis aūt malis eius tunc minoribus maiore cōceptis: cum omnia quidem tormenta de parricidio: epistolę uero de iteratis fratricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudęa uenientiū: quo in loco fortunæ domus essent nunciauit: quāuis inter scelus probatū & eius reditum septem mensiū interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnib⁹. Fortasse aūt etiam quibus indicandi uoluptas fuit: per interfectoꝝ fratrum manes obmutescebant. Deniq; Romam litteras misit continuo se cōuenturū esse: quodq; honorifice dimissus esset a cæsare nuntians. Rex autem insidiatorum manus tenere desiderans: timensq; ne si quid prasciissent forte cauerent ipse quoq; litteris beniuolentiam simulans: & alia familiarissime scripsit: & ut reuersionē suam maturaret orauit. Nam si properasset matris suæ quoq; offensionē posset componere: quā expulsam esse non ignorauit Antipater. Primam quidē de morte pherore acceperat epistolam apud tarentū eumq; uehementer luxerat: id aūt nonnullis de patruo laudabile uidebať: sed quā tum intelligi datur causa doloris erat q; insidię pro uoto non cesserant. Neq; tam pheroram flebat quā maleficiorum ministrum. Præterea metus eum quidā ob ea quæ confecerat occupabat: ne quando forte depræhenderetur uenenū: Tum aūt in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra memoraui: statim quidē festinabat: sed postq̄ in celenderim delatus est: subit cum quædam materni casus cogitatio anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidem prudentiores ei suadebant: ne prius patrem conueniret: quā pro certo cognosceret. quibus ex causis matrem suam repudiasset. Nanq; timere ne forte criminationes eius auctæ fuissent. Minus autem prudentes & uisendæ pa-

triæ cupidi magis quã q; antipatro esse utile cõsiderantes ut properaret monebant: ne ex ipsa mora & patri causam prauæ suspitionis & calũniam præberet calumniantibus. Nunc enim si quid motum est in absente esse factum nec eni pręsente illo quẽquã id au surũ fuisse. Absurdum enim uideri propter suspitiones icertas certis bonis carere. Neq; enim mature se patri reddere: ab eoq; regnum accipere quo solo ipse niteretur. Parũit his antipater impellente fortuna trãsmisissusq; in sebastum cęsarię portũ defertur. Occurrit autem illi pręter opinionẽ maxima solitudo: cum oẽs eum deuitarent: nullusq; auderet accedere. Nam & si semper ęque inuisus erat odio tamen ut proderetur: tunc data liber tas est. Multos autem auertebat ex rege formido: quoniã cunctas iam ciuitates de anti patro fama repleuerat: soluscq; de se quid ageretur antipater ignorabat. Nec enim uel cla rius eo quisquã deductus est: cũ romam nauigaret: uel ignobilius inde susceptus est. Eni uero clades ille domesticas itelligẽs callidítate celabat: metuq; pœnę mortuus uultu cõ fidentiã simulabat. Et neq; fugę spes ulla erat; neq; ex circũstantib⁹ malis emergere po terat: certũq; nihil ei de domo ne ibi quidẽ nũciabatur: id enim regis interminatio prohi buerat. Vnde interdũ etiã spes cũ pertentabat hilarior: aut nihil esse deprehensum: aut si quid esset. Hoc sese ipudentia sua diluiturũ ac dolis quę sola instrumẽta salutis haberet. Itaq; his armatus sine amicis in regiã uenit q; a prima ianua cũ iniuria sunt repulsi. For te autẽ Varus syriæ rector intus aderat. Ingressus inde ad patrẽ confirmatusq; audacia uelut eius salutãdi cã ,ppius accedebat. Cũ ille obiecta manu & capite declinato excla mabat. & hoc parricidæ est ut me amplexari uelis: qui tot maleficiis inuolutus corruptũ habes impium caput: neq; me attingas priusq; criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudi ciũ & iudicẽ qui opportune præsto est uarum. Vbi & quemadmodũ te purges in diem crastinum meditare. Nam & tempus indulgeo callíditatibus tuis. Ad hæc metu obstu pefactus Antipater quia respondere nihil potuit: reuersus est. Cum autem ad eum uenis set mater & uxor cunctas enim probationes exposuerũt. Tumq; recepta mente quo pa cto sese defenderet cogitabat. Postero aũt die rex exhibito propinquoꝝ atq; amicoꝝ con silio antipatri quoq; amicos uocat. Ipse aũt cum Varo residens: cũctos iudices iussit ad duci in quibus erant serui matris antipatri quidã pridem comprehensi qui ab ea litteras ad eum portauerunt huiuscemodi. Quoniã illa omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eum uenias: nisi aliquod auxiliũ a cæsare impetraueris. Itaq; is una cum aliis introductis ingredit Antipater. Cunq; pronus ante pedes patris cecidisset: oro inquit pater ne quid de me præiudices: sed integras aures satisfactioni meę prębeas. Demonstrabo enim me innoxiũ si tu uelis. Ille aũt magna eiuoce impetrato silentio ad Varum locutus est: q; & tu uare & quilibet iustus iudex antipatrũ morte dignum iudicauerit certe scio. Vereor autẽ ne mea quoq; tibi sit inuisa fortũa omniq; calamitate dignũ deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserãdus uideri debeo: q; erga tam sceleſtos indulgẽ tissimus pater fui. Nã illis prioribus adhuc adolescẽtulis regnũ detulerã eosq; romę edu catos amicos cæsaris fecerã. Sed quos aliis inuidendos Regibus æmulandosq; cõstituí, meę salutis hostes iueni quoꝝ tamẽ iteritus Antipatro magis profuit. Isti enim q; adole scens & successor meus futurus esset maxime securitas quęrebat. At uero hic adolescen tulus belua patientia mea plusq; necesse expletus in me satietatẽ suã profudit: ciq; diu ui uere sum usus. meãq; senectutẽ grauiter tulit rexq; fieri nõ nisi parricidio passus est: quæ quidẽ nõ pfecto iniqua rõne cogitauit: q; ex agro abiectũ reduxerí: & exclusis quos mi hi regina ppereat filiis regni mei uicariũ declarauerim. Equidẽ tibi uare cõfiteor meę mẽ tis errorem. Ego illos cõtra me filios irritaui qui antipatri gratia spes eoꝝ iustas abrupi. Quid enim tantũ de illis quantũ de isto bene sum meritus: cui uiuus ẽt potestatẽ meam

pene concessi. aperte aũt regni successionẽ testamento reliqui: & pręter destinatos ei se paratim quinquaginta redditus talentoꝝ: sumptum passim mea pecunia subministraui: ac nuper Romã quoq; nauigaturo dedi. ccc. talenta quẽq; solum ex omni familia mea tanq̃ patris seruatorẽ celari cõmendaui. Aut quid illi tantum sceleris quantum antipater admiserunt: quod ne de his habuí tale iudicium quales demonstraui huius insidias: at ẽt probo qui ausus est aliquid parricida rursumq; ueritatem dolis quęrat obtegere: quod ti bi Vare cauendum sit. Nam ego istam beluam noui: & quã sit uerisimilia dicturus: iam nunc prospicio fletusq; simulatos. Hic est qui me quondam monebat ut uiuum Alexã drum cauerẽ. neq; meum corpus omnibus crederẽ. Hic est q uisq; ad cubile meũ solebat ingredi & circũspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni meí custos erat. & securi tas dator qui consolaretur somniũ peremptoꝝ & uiuentium fratrum beniuolentiã diiu dicaret. Hic propugnator & satelles meus. Cum eius callidítas Vare in mentẽ uenerit: & quemadmodũ singula simulasset uix me credo uiuere tanq̃ grauẽ insidiatorẽ quo pa cto effugerim miror. Verũtamen quia fortuna quædam excitat contra me domum me am mihi amicissimi semper infensi sunt: ego quidẽ fatorũ iniquitatẽ flebo: & mecũ ipse solitudinẽ gemam. Nemo aũt quí meum sanguinẽ sitierit ebibetur: etiã si per omnes fi lios meos indicia uentura sint. Hęc dicens ipse quidẽ interrupto sermone tacuit dolore confusus. Nicolao aũt uni ex amicis probationes iussit exponere. Inter hęc aũt. Antipa ter sublato capite: cum prostratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida quem tu semp seruatorẽ te habuisse cõ memoras. Aut si ficta ut dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callid⁹ in hoc adeo demens fui: ut non intelligerẽ q; si homines lateret tanti sceleris cogitatio: cęlestẽ latere iudicẽ omnino non posset: qui ubiq; presto esset: & cuncta conspiceret. An fratrũ exitum ignorabã: quos ob ea deus ultus est: quæ de te male tractauerant? Quid autem fuit cur me tua salus offenderit? Spes regni? Sed regnabã. Odii suspitio? Sed diligebar. An ex te metus aliquis? An quin tui seruans aliis timẽdus erã? Sed egestas causa fuit? multo minus. Quis enim magis expensarũ habuit ptãtem? Si aũt otium hominum per ditissimis essem: immanisq; bestię animũ gererẽ: certe mansueti patris beneficiis uince ret: quẽ sicut tu dixisti reduxeris: totq; filiis antepposueris uiuusq; Regẽ declaraueris: alio rumq; bonorum magnitudine reddideris inuidendũ. O me miserũ acerbissimam q; pere grinationem meam: quam longum laboris tempus: magnumq; insidiantibus spatium præbui. Sed tantum tibi pater tuisq; rebus aberam: ne Silleus tuam contemneret sene ctutem. Roma mihi testis est pietatis: & princeps orbis terrę cæsar: qui me patris ama torem sępe uocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminatiõibus uerio res: hisq; me defendo. Hæc affectus erga te mei argumẽta certissima recordare: quã in grate hinc nauigantẽ scis: latẽtes in regno cõtra me inimicitias nõ ignorantẽ. Tu pater inuitus me pdidisti: tu cõpulisti ut darẽ accusandi tempus iuidię. Verũ ad indicia ueniã. Ecce adsum terra mariq; nihil usquã parricida perpessus. Sed nondũ me hoc argumẽto diligas. Nam & apud deum & apud te pater condemnatũ me esse scio. Condẽnatus de precor ne alioꝝ tormẽtis fidẽ habeas in me feratur ignis: p uiscera mea pergãt instrumen ta pœnarum: ne parcas scelesto corpori. Nam si parricida sum tormẽtorũ expers mori nõ debeo. Talia cũ lachrymis atq; ululatu uociferans: & omnes alios & Varum ad mise ricordiam ,puocauit: solum autẽ Herodem quo minus fleret iracũdia continebat docu mentis ueris intentum. Ibi autem Nicolaus iussu regis multa de Antipatri callidítate præfatus & misericordiæ spem sustulit: & accuratissimam accusationem instituit: cun cta quidem regni maleficia illi ascribens: maxime uero fratrum interitum: quos ipsius

calumniis interfectos esse demonstrans etiam superstitibus eũ insidiari quasi successiõis captatoribus affirmabat. Nam qui patri uenenũ parasset multo minus a fratrib⁹ absti neret. Cũ aũt ad uenení probationes uenisset: per ordinẽ proferebat indicia: etiã de pherora crimen exaggerans ueluti illum quoq; antipater fratricidam fecisset: corruptisq; re gis amicissimis scelere oẽm domũ repleuisset. Atq; ita multis aliis dictis exprobratis po rauit. Varus autẽ cum respondere iussisset antipatrum & ille nihil aliud elocutus: quam deus testis est innocẽtiæ meæ fileus iaceret: uenenũ petit: idq; alicui damnatorũ capitis ex custodis bibendũ dedit: eoq; statim mortuo quędam in secreto cũ Herode sermoci natus gesta in concilio cæsari scripsit. Posteroq; die ide discessit nihiloq; minus Rex An tipatro uinculis tradito cladis suę nuntios ad cęsarem misit. Post hęc etiam Salomẽ ap petisse insidiis arguebatur Antipater. Quidã enim de seruis Antiphili Romã uenerat epistolas ferens alicuius Acmes nomine ancillæ iulię. quibus ad regẽ scriptis idicauerat Salomes epistolas inter litteras iuliæ repertas clã ei beniuolẽtię causa missæ. Ipsius aũt Salomes epistolis & maledicta in regẽ acerbissima: & accusatio maxima cõtinebatur. Sed omnes antipatro erant fictæ. Isq; acmen pecunia corruptã ad Herodem eas mitte re persuaserat. Epistola enim eiusdem mulierculę ad ipsum scripta id prodidit cui⁹ uerba hęc sunt. Sicut uoluisti patri tuo scripsi: & illas epistolas misi: certo sciens regẽ sorori suę minimæ posse parcere: si eas recitauerit. Bene autem facies si consumatis oibus pollici tionũ tuarũ memor fueris. Hac epistola & quę in salomẽ sunt cõposita deprahẽsis re gẽ subiit cogitatione forte etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus. quodq; pe ne sororem ꝓpter Antipatrum occidisset anxius erat. Itaq; non est ultra cunctatus: quo minus ab eo sumeret oium causa supplicium: sed ne propositis satisfaceret graui morbo impeditus est. De acme tamẽ ancilla & in salomen factione cõflata dedit litteras ad cæ sarẽ: ac propterea testamẽto mutato exemit nomẽ Antipatri regemq; scripsit ex arche lao & philippo natu maiorem. Nam & hos antipater infimulauerat. Cęsari autẽ post alia pecuniaria munera mille talenta: & uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis pro pe. l. cęteris omnibus agrorũ: & pecunię non parum distribuit: ac sororẽ salomẽ clarissi mis donis honorauit. In testamento quidẽ ista correxit. Morbus autem ingraueſcebat q; eũ senectus pariter ac mœror urgebat: & annos iam. lxx. natus: & filio⁹ cladibus ani mum adeo habebat afflictũ. ut nec in bona ualitudine quicq̃ iocunditatis admitteret. Acriorẽ aũt faciebat egritudinẽ q; Antipater uiueret. Hũc enim nõ opere superuacuo: sed cũ ipse conualuisset cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit ẽt populi qui dam tumultus. Erant in ciuitate sophistę duo qui summe scire leges patrias uidebantur. Et propterea per oẽm gentẽ maxima gloria prædicabantur: iudas fili⁹ sepherei: & alter magnali mathias. Hos nõ pauci adolescentium sectabantur: cum leges exponerent: & in dies singulos puberũ exercitus congregabant. Qui cum regem audissent mœrore ac morbo tabescere: apud notos loquebant' opportunum iam tẽpus esse ut deus uindicare tur: fabricataq; aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in tẽplo nefas sit: imagines aut uultus aut cuiuslibet animalis cognomine simulachrũ haberi. Hoc ꝓpte rea dicebatur q; supra maximã portã templi rex aquilam collocauerat auream. Eamq; tunc monebant sophistæ ut tollerent pulchrũ esse dicentes: etiã si quod inde periculum imineret: pro legibus patris mori nõ recusare. Sic enim decedẽtibus & aiam immortalẽ & bonaꝝ rerum sensum manere perpetuo: minus autem fortes: & sapientiæ suæ nescios amare animã: imperitia magisq; morbo cupere quam uirtute defungi. Dũ hoc illi disse rerent rumor subito peruagat' regẽ fere iam mori. Vnde ẽt confidẽtius adolescentes co namen adorti sunt: ipsoq; meridie cum plurima multitudo uersaretur in tẽplo: crassis di-

missi funibus aquilã ex tecto aureã securibus abscindebant. Quare statim regis duci nũ ciata: non parua ille manu comitatus ad templũ cucurrit: & prope ad quadraginta iuue nes cõprahensos regi exhibuit. Qui primũ interrogati an aquilã ipsi auream concidere ausi essent fecisse confessi sunt. Deinde quo iubente lege patria respõdetunt. Cũ uero qd exultarent tantũ: quibus mors immineret ab his quærere': quia post mortẽ bonis pluri mis frui sperarent asseruerunt. His itaq; rex cõmotus magnitudine morbũ superat: atq; in contionem ꝓcedit. deinde multũ in eos quasi sacrilegos inuectus: & q; occasione legis patrię quædam maiora tẽtassent ueluti impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem metu ne per multos quæstio iret precabatur ut primũ facinoris suasoribus dein de in eo comprahẽsis pene subditis cæteris indignationẽ remitteret. Tãdem igitur exo ratus: & ipsos rex qui funibus demiserant cum sophistis uiuos incẽdit. Et reliquos q una cõprehensi sunt: obtruncandos carnificibus tradidit: Hinc totũ corpus morbo occupa tũ uariis doloribus afficiebatur. Nã febris quidẽ non mediocris erat: prurigo aũt intole rabilis habebat oẽm corporis superficiẽ. Assiduis enim uexabatur colli tormẽtis: pedes q; tanq̃ ex intercutis uitio tumuerant. Quin & iflatio uẽtriculi putredoq; testiculoꝝ uer miculos generans: ac præterea creber anhelitus: & irrupta eum suspiria: membrorũq; omniũ contractio fatigabat: ut qui hæc ad diuinitatẽ referrent pœnas eas esse dicerent sophistarũ. Ille aũt quamuis cum tot uitioꝝ cruciatibus luctaretur: uitæ tantũ cupidus erat: & remediis excogitatis salutem sperabat. Deniq; iordanẽ trãsgressus apud calliro en aquis calidis utebatur: quę in lacum feracem bituminis quæ asphaltidis uocatur ef fluentes pro dulcedine potui sunt. Vbi autẽ corpus eius q; medicis oleo calidiori foueri placuerat in arcam plenã demersum ita dissolutũ est: ut ẽt lumina quasi mortuus tesolu ta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorẽ quidem illorum respice re iussus est. Desperata uero salute militibus quinquagenas dragmas multamq; pecuni am rectoribus atq; amicis diuidi iussit. Cum autẽ rediens & ad hiericunta uenisset, atra iam bili correptus: & pene ipsi morti minitabatur: factum nephariũ excogitauit. Colle ctos enim cuiusq; uici & oi iudæa nobiliores in locum cui nomen est hippodromo cõclu di præcepit. Deinde salome sorore & Alexandro marito eius ad se uocatis scio inq̃t mor tem meam festis gaudiis celebraturos esse iudeos. Verũ per alios lugeri potero & præ clarissimos honores sepulturæ: consequi si quę præcipio feceritis: Hos uiros qui habẽtur in custodia cum aiam efflauero statim militibus circundatos occidite: ut etiam in uita omnis mihi iudęa: omnisq; domus illachrymet. Et simul his mandatis legatorũ quos romam miserat epistolę sunt allatę: quibus acmen ancillã iussu cęsaris interemptam: & antipatrum morte damnatũ esse iudicabat'. Qui & si pater eum in exilium dare mallet: id quoq; permisisse cæsarem scriptum erat. Herodes autem paululũ hoc nuntio recrea tus doloribusq; rursum uictus. Nam inedia tussisq; pariter uiolentia distendebatur fatũ prœuenire conatus est: sumptoq; malo etiam cultellum poposcit: sectum enim comedere consueuerat. Deinde circũspecto ne quis arbiter impediret: tanq̃ se percussurus dexterã sustulit. Cum uero Aciabus consobrinus eius adcucurrisset: manũq; cõtinuisset: ululat⁹ maximus in regia statim quasi rex mortuus esset excitatus est. Eoq; propere audito An tipater fiduciã repetit: Letusq; iam custodes promissa etiam pecunia rogabat ut se solue rent atq; dimitterent: quod eorũ princeps non solũ nefieret obstitit: sed etiam regi uelo citer nunciauit. Ille aũt fortius exclamans q̃ uires ęgrotantis ualebant, continuo satellitii bus missis occidit antipatrum: mortuũq; sepeliri præcepit in hyrcania. Deinde rursum corrigit testamentum: & successorem quidem Archelaum natu maximum Antipę fra trem scripsit: tetrarcham uero Antipam. Post interitum autem filii quinq; diebus exa-

ctis moritur: annos quidem triginta quattuor ex quo interfecit Antigonū regno potitus triginta & septem postq̄ rex a Romanis declaratus est. Et in aliis qdē oībus secūda fortuna usus est ac si quis alius. Regnū enim quod priuatus sibi quęsierat tanto cōseruato tempore filiis suis reliquit. In rebus aūt domesticis infelicissimus fuit. Salome autē antequā rescisceret mortē regis exercitus cum marito progressa uinctos absoluti: quos occidi mandauerat: ipsum dicens mutasse consiliū & unumquenq; iussisse domū dimitti. Atq; ita his abeuntibus militibus indicatur. Quibus in contionē cum alia turba in Amphiteatrum apud hiericunta collectis. Ptolomæus annuli regis custos: quo signare solitus erat: & fortunatū illū esse cœpit dicere; & multitudinē consolari. Relictamq; ab eo militibus epistolā recitauit in qua multū rogabat: ut beniuolo animo successorē suū fouerent. Deinde post epistolam testamentū legebat: in quo philippū quidem hæredem trachonidis proximarūq; regionū. Tetrarcham uero sicut supradiximus Antipam Regem aūt Archelaum scripserat: eidēq; anulū ad cæsarē ferre mādauerat: obsignataq; regni administrati notitiam. Omniūq; nāq; dispositionū suarū dominum & cōfirmatorē cæsarem esse uoluit: cętera uero seruari iuxta superius testamentū. Quo perlecto confestim clamor secutus est oium Archelao gratulantiū: militesq; per cuneos & populos adeuntes suamq; ꝓmittebant deiq; beniuolentiā precabantur. Hinc ad sepeliendū regem operā contulerunt. Nihil aūt munificentiæ prætermisit Archelaus: sed omnē ornatum extulit regium ī funeris pompa ducendū. Lectus quidem totus erat gemmis auroq; distinctus: thorus aūt purpura uariatus: corpusq; super eum uelatum itidem purpura. Capiti autem diadema erat impositū. Corona uero desuper aurea: sceptrūq; ad dexterā: & circa lectū filii cū propinquis. Prēterea satellites agmenq; tetrarchium: germaniq; & galathæ uelut ad bellū instructi oēs antecedebāt. Cætera uero militū manus armata duces suos ordinūq; principes sequebantur. Quingēti autē serui ac liberti odores ferebant corpus aūt per. cc. stadia portatū est in castellū Herodion ibiq; secundū ipsius regis mandata sepultū est. Et Herodis quidem hic finis fuit.

DE BELLO IVDAICO. LIBER SECVNDVS INCIPIT.

Capitulum Primum.

MVrbaq; autem nouarū principiū fuit Archelao romā ꝓficiscendi necessitas. Diebus enim septē in lugendo patrē consumptis: epulisq; ferialibꝰ ꝓlixę populo exhibitus. Hic aūt mos apud iudęos necessarios multos ad inopiā redegit. Nā qui cū neglexerit impius ęstimabit: cādida ueste indutus ꝓcedit ad tēplū. Ibiq; uariis fauoribus exceptꝰ a plębe ipse quoq; in excelso tribūali solioq; aureo residēs humāissime uulgꝰ admisit: eisq; & ꝙ sepulturā patris sedulo curauissent gratias egit: & ꝙ sibi quasi certo iā regi magnos honores adhibuissent. Vex; se tū ait nō potestate solū iterim: sed ēt ipso regis noie tēperare: donec a Cæsare sibi fuerit cōfirmata successio: qui ēt testaméto rex; esset oium dñs constitutus. Iccirco enī se apud hiericūtha uolūtati exercitus restitisse cū sibi diadema uoluisset imponere. Cęterū alacritate ac bēiuolentia æque militibus ēt populo plenā se uicissitudinē relaturū si ab his quorū etiam imperiū certus rex declaratus esset; studiūq; sibi esse: ut erga illos rebus omnibus patre melior appareret. His gauisa multitudo statim eius mentē magnis tētare petitionibꝰ cœpit. Nāq; alii tributa leuari: alii uectigalia tolli; quidā solui custodias acclamabant. Cūctis aūt postulatis in gratiā populi facile annuebat archelaus. Deinde celebratis hostiis cum amicis erat in epulis. Ecce autē subito post meridiē congregati non pauci nouarū rerū studiosi: ubi cōmunis luctus de rege cessauit: propria lamenta suscipiūt flentes eoꝝ casum quos propter abscissam ex porta tēpli aquilā aureā Herodes morte dampnauerat. Dolor autē nō occultus erat: sed clarissimis quæstibus fletuq; iusto & plāctu ciuitas ꝓsonabat uirorum causa uidelicet: quos pro tēplo ac legibus patriis interiisse dicebant. Eorū autem mortis pœnas ab illis quos Herodes pecuniis donasset repetendas esse clamitabant: ac primū quē his cōstituerat pontificē reiiciendū: aliūq; pietate prestantē: magisq; purum cooptari debere. Quibus & si mouebatur Archelaus ad ultionē: tamē eum profectionis festinatio cōtinebat metuens ne si multitudinē reddidisset inimicam: motu eius impediret. Quamobrē monendo magis quā ui experiebatur sedare turbatos: missoq; magistro militū ut quiescerent rogabat. Sed illū seditionis authores ubi ad templū uenit: priusq̄ uerbū faceret: lapidibus perturbarūt: & aliis post eū mulcendi sui gratia missis: multos enim allegabat Archelaus iracunde oia responderūt. Neq; si numero aucti fuissent: ocioli fore uidebant. Itaq; instante azimorū die festo qui apud iudęos pascha uocitatur: plurima uictimarū copia plenus: infinita qdem ad tēplum ex agris multitudo religionis causa descendit: cū illi qui sophistas lugebant: in tēplo consisterent nutrimenta seditioni quęrentes. Hoc aūt metu archelaus anteq̄ omnē populū morbus iste corrūperet: cohortē militum & chiliarchum q etiam seditionis principes comprehenderent eo dirigit: contra quos omne uulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit. Sautius uero Chiliarchus uix elabitur. Et illi quidem statim ueluti nihil mali actum esset ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed Archelao sine cęde iam multitudo comprimi posse nō uidebatur. Quamobrem totum illis immisit exercitum pedites per ciuitatem simul oēs equitesq; per cāpum qui cū sacrificiis occupatos singulos inualissent: ꝓpe ad. ix. milia hominum occiderunt: reliquā uero manū per muros proximos deiecerunt. Pręcones autē sequebant Archelaū iussu eius unūquemq; ut domū rediret admonendo. Itaq; cuncti neglecta diei festiuitate abiere. Ipse autē cū matre necnon & popla & Ptolomæo & nicolao amicis ad mare descendit relicto Philippo regni procuratore: itē q; rerum familiariū curatore. Vna uero egressa est cū filiis suis Salome fratrisq; regis filii generq;: specie quidē uelut Archelao ad successionē firmandam adiumento futuri: certa uero causa quæ contra leges in templū admissa fuerant delaturi. Interea fuit illis Cęsarię obuiam sabinus syrię procurator ad iudęam ueniēs ad pecunias custodiendas herodis. Quē ulterius progredi uariis inhibuit multis accitus Archelai precibus intercedente Ptolomęo. Et tunc quidē sabinꝰ in gratiā Vari neq; ad accas uenire properauit: neq; thesauros paternæ pecunię clausit Archelao: sed usq; ad cognitionē Cęsaris se otio sum manere pollicitus apud cęsariā commorabatur. Postea uero quā sibi obstantium unus Antiochiā petit: alter hoc est Archelaus romā nauigauit: mature profectus in hierosolymā regiā tenet: custodūq; principibus idēq; dispensatoribus euocatis: rationes pecuniarū discutere conabatur: & accas occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorū custodes erant sed in obseruando singula quęq; perseuerabant: cām custodię magis Cæsari quā archelao tribuentes. Cū hoc autē antipas quoq; de regno certabat: posteriore superius herodis testamentū firmus esse defendens in quo res ipse antipas fuerat scriptus: eiq; tam Salome q̄ multi alii cognati qui cum archelao nauigarent suffragio esse promisserāt. Ducebant autem secum fratrē matrēq; nicolai Ptolomęi in quo pro fide apud herodē probata non nihil uidebat esse momenti. Nanq; illi fuerat amicorū carissimus. Oratori autē hirinio ꝓpter dicendi acrimoniā plurimū confidebat

unde etiã qui ſe monerent ut archelao pro ętatis merito & ſecundi teſtamenti uoluntati cederet audiendos eſſe non cenſuit. Romę uero migrauerunt ad eũ cunctorũ ſtudia ꝓ pinquorũ quibus inuiſus erat archelaus: quiq; pręcipue liberi omnes ſuiq; iuris eſſe cupiebãt: & aut rõano magiſtratu adminiſtrari aut ſi hoc nõ ipetrarẽt antipã regẽ hẽre ad hoc etiam ſabini ope nitebaꝫ Antipas qui archelaũ per epiſtolas accuſauerat apud cæſarẽ: antipã uero multũ laudauerat. Itaq; digeſta crimina ſalome & cęteri qui cũ ea ſenti rent cæſari tradiderunt & poſt eos Archelaus geſtorũ ſuorũ perſcripta capitula patriſq; anulũ per Ptolomęũ rationeſq; adminiſtrationis intromiſit ad cęſarẽ. Ille aũt pręmedi tatis eis quę ab utraq; pte dicerentur: ubi & regni magnitudinẽ mũltitudinẽq; reddituũ animaduertit: Atq; inſuper herodis familiã numeroſam: pręlectis etiã uari ac ſabini lit teris optimates romanoꝝ ad cõſilium uocat. In quo tũc primũ ex agrippa quoq; ac filia ſua natũ Caiũ ſedere iuſſit filium adoptiuũ: atq; ita partibus ꝓſequendi copiã dedit. Igitꝫ Salomes filius antipater: Nanq; eis erat orator acerrimus eoꝝ qui aduerſabanꝫ archelao: accuſationẽ ꝓpoſuit inſimulãs archelaũ quaſi uerbis quidẽ nunc de regno uideretur contendere: re autẽ uera iã dudũ rex eſſet effectus: & apud aures modo Cæſaris cauillaretur: quẽ iudicẽ ſucceſſionis expectare noluiſſet. Nam poſt Herodis mortẽ q̃ buſdã ut diadema ſibi imponerent ſubornatis regis eũ more in ſolio aureo reſidentem partim ordines militię permutaſſe: partim condonaſſe promotiones: & inſuper his oĩa annuiſſe populo: quę uelut a rege impetrãda petiiſſet: maximorũq; reos criminũ quos pater ſuus uinxerat abſoluiſſe quiq; iſta feciſſet: modo regni umbrã a domino poſtulaturus ueniſſe: cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet: ut nõ rerũ: ſed uocabuloꝝ dominũ eſſe cęſarem demonſtraret. Ad hæc ei q̃ etiã luctum patris aſſimulaſſet obiiciebat: cũ iterdiu quidẽ perſonã componeret in mœrorẽ: noctu uero ad commeſſationes uſq; potaret. Deniq; ſeditionẽ uulgi ex hac indignatione cõflatã eſſe dicebat: totius aũt orationis ſuę uires eorũ multitudine qui circa templũ cęſi fuerant abſtruebat. Hos enim ad diem feſtũ quidẽ ueniſſe: ad hoſtias uero quas ipſi mactauerant crudeliter eſſe iugulatos: tantumq; in tẽplo funerũ eſſe congeſtum quantum nullũ ab externis illatũ bellũ implacabile cõgeſiſſet. Itaq; huius crudelitatis Herode præſcio ne ſpe quidẽ regni unq̃ cũ dignum eſſe uiſum: niſi cũ ſanę mentis inops erat: anima deterius ægrotante q̃ corpore: & quẽ in ſecundo teſtamẽto ſucceſſorẽ ſcriberet ignorabat: pręſertim qui priore teſtamẽto ſcriptũ incuſare nihil poſſet: ſed incoluri corpore omniq; uitio purgata mente feciſſet. Vt tamen quis firmius eſſe ponat morbo laborantis arbitriũ ipſum ſe Archelaũ abdicaſſe regia dignitate: multis in eam cõtra leges admiſſis. Nam qualẽ foreꝫ ſi acciperet a Cæſare principatũ: qui anteq̃ acciperet tantũ populũ peremiſſet? Multa in hunc modum perſecutus Antepater multis ex numero circunſtãtium propinquorum in ſingula crimina teſtibus exhibitis perorauit. Surrexit autẽ nicolaus defenſor Archelai & ante oĩa cędem in templo neceſſario factã eſſe perdocuit. Nã quorũ necis argueretur: non regni ſolũ ſed etiã ipſius iudicis ideſt cæſaris hoſtes fuiſſe: aliorũ autẽ criminum ſuaſores aduerſarios demonſtrauit. Secundũ uero teſtamentũ iccirco ratũ manere poſtulabat: q̃ Herodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorẽ Cæſarẽ conſtituiſſet. Nã qui tantum ſaperet ut rerum domino poteſtatẽ ſua cęderet. Nec unq̃ in herodis erraſſe iudicio: ſed ſano corde quẽ conſtitueret elegiſſe: qui per quẽ conſtitui deberet non ignorauit. Cũ autem omnibus expoſitis etiam Nicolaus peroraſſet in mediũ ꝓgreſſus Archelaus ad genua cæſaris accedit ocius. Quo benigne a Cęſare erecto eo q̃ paterna quidẽ ſucceſſione dignus eſſet: oſtendit: certũ uero nihil pronuntiauit. Sed illo die dimiſſo conſilio: ſecũ ipſe de cognitis deliberabat: utrum ex his qui teſtameto cõtinerentur aliquem regni oporteret cõ

ſtituí ſucceſſorẽ: an toti familię diſtribui principatum. Multitudo enim perſonarũ egere ſubſidio uidebatur: ſed anteq̃ de his quicq̃ ſtatueretꝫ a cæſare mater archelai marchace morbo corrupta moritur. Et uariæ litteræ de ſyria prolatæ ſunt iudæos defeciſſe nunciantes q̃ uarus ferre proſpiciens Hieroſolymã poſtq̃ Archelaus nauigaret aſcendit ut incenſores ſeditionis cohiberet. Et quia multitudo ceſſatura nõ uidebatꝫ ex tribus quas e ſyria duxerat ſecũ cohortibus unã in ciuitate reliquit: atq; ita in Antiochiã ipſe remeauit. At ſabinus cum poſtea in Hieroſolymã ueniſſet cauſas nouarũ rerũ iudęis prębuit: modo uim cuſtodibus ut Acras ſibi ideſt arces traderent adhibendo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem ſolis relictis a Varo militibus frętus erat ſed etiã ſeruorum ſuorũ multitudine: quos etiam omnes armatos auaritiæ miniſtros habebat. Feſto autẽ quinquageſima dieq; penthecoſte a iudęis uocatur: ſeptiesq; ſeptẽ diebus exactis rediens ex eorum numera uocabulũ nacta nõ religionis ſolemnitas populũ ſed indignatio congregauit. Deniq; cõcurſus infinitę multitudinis ex galilea idemq; idumea & hiericunte tranſiordanemq; poſitis regionibus factus eſt: cũ indigena ex ipſa ciuitate populus iudæorũ & numero ſimul & alacritate præſtaret: & tripartita manu terna caſtra collocauerunt: una in ſeptentrionali regione templi: altera in meridionali Hippodromũ uerſus: tertiaq; in occiduo prope regiã tractu circunfeſſoſq; Romãos undiq; obſidebant. Sabinus autẽ multitudine pariter eorũq; ſpiritu perterritus: crebris quidẽ Varũ nuntiis precabatur: ut q̃ mature ferret auxilium quaſi lanianda cohorte ſi qd more interueniſſet. Ipſe uero in altiſſimã caſtelli turrim: quę Phaſelus uocabatꝫ euadit fratris Herodis cognomine: quẽ Parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis: ut in hoſtes irruerent ſignũ dabat. Nã præ timore quibus ipſe pręerat deſcendere nullus audebat. Eius autẽ pręceptis milites obedientes in templũ uolant: uehementiq; cum iudęis pugna confligunt: inqua dum nemo deſuper adiuuaret imperitos belli peritia ſuperabãt. Poſtea uero quã multi iudæi porticibus occupatis a uertice ſagittis eos appetebant: plurimi conterebantur: & neq; ex alto iaculãtes ulciſci facile poterant: neq; cominus diimicantes ferebant. Ab utriſq; tamen afflicti ſuccendunt porticus: opere magnitudine atq; ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma ſubito cõpręhenſi aut ea cõſumebantur: aut in hoſtes deſilientes ab ipſis occidebanꝫ: alii introrſum cedentes pręcipitantur ex muro. Nonnulli deſperata ſalute incendii periculũ ſuis gladiis præveniębant. Qui tamẽ ex mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetũ metu attoniti nullo negocio ſubigebantur: donec omnibus aut iteremptis aut timore deiectis theſauro dei defenſoribus deſtituto manus milites attulerunt: & quadringẽta ex eo talenta diripuere. Quorumq; furto ſublata non ſunt congregauit Sabinus. At iudęos multo plures: magiſq; pugnantes tam uirorũ quã opum interitus in romanos contraxit. Obſeſſaq; regia minitabanꝫ exitium: niſi quamprimũ inde ſecederent: Sabino ſi uellet una cũ cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regaliũ plurimi qui ad eos ſponte trãſfugerant. Pars tamen bellicoſior. Erat ſebaſtenorũ tria milia. Hiſq; rufus & gratus prępoſiti unus peditũ rector: at uero equitũ rufus. Quorũ uterq; ui corporis atq; prudentia: etiã ſi nullam manum obedientẽ haberent: magnũ tamen momentũ belli romanis addidiſſent. Itaq; iudęi quidẽ inſtare obſidioni ſimul: & caſtelli mœnia tentantes & ad Sabinum clamãtes: ut nullo impediente diſcederet: habituros tanto poſt tẽpore patriã libertatem. Sabinus autẽ quãq̃ optaret euadere: fidẽ tamen pollicitationibus non habebat: ſed eorum lenitatẽ inſidiarũ eſſe illecebram ſuſpicabatur: ſimulq; auxiliũ uari ſperans obſidionis periculũ perferebat. Eodẽ tempore per iudæam plurimis locis tumultus erat multoſq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumea quidem duo

milia ueteranorũ quí ſub Herode militauerunt cõgregati armis inſtructi cũ regalib⁹ decertabant. Quibus Aciabus regis conſobrinus ex uicis munitiſſimis repugnabat cãpeſtre prælium declinando. Inferiori autẽ galileæ iuda filius Ezechiæ latronũ principis ab Herode quõdã rege capti: qui tunc illas regiones uaſtauerat: non parua multitudie collecta raptiſq; regis armentariis: & omnibus quos circa ſe habebat armatis cõtra potentiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simõ quidã ex regalibus ſeruis pulchritudine ſimul & uaſtitate corporis freṭus ipoſito ſibi diademate cũ latronibus quos congregauerat ipſe circuiens: & apud hiericunta regiã: & multa alia magnifica diuerſoria igni corripit: facilẽ ſibi prædã ex incendio cõparans. Omneſq; habitationes inquib⁹ aliquid decoris erat concremaſſet niſi gratis regionũ peditũ rector ex Trachone ſagittarios: itemq; ſebaſtenorũ pugnaciſſimos ducens properaſſet occurere. Vbi peditũ quidem in pugna multi conſumpti ſunt: ipſe autẽ Simonẽ compendio præuenit ardua uallé fugientẽ: & ex tranſuerſo percuſſum in uertice deiecit. Incenſæ ſunt autẽ & quæcunq; Iordani proxima fuerunt ſedes regiæ apud Becherantes quorundã aliorũ manu conflata ex locis ulterioribus: tunc etiã paſtor quidã cui nomẽ erat Atrunga eo regnũ aſſecta reauſus eſt: quod ut ſperaret ui corporis animæq; fiducia mortẽ contemnẽtis impulſus eſt. Ac præterea fratrũ ſibi ſimiliũ robore quorũ ſingulis tanquã ducibus & Satrapis attributa manu armatorũ ad incurſus utebatur. Ipſe autẽ ueluti rex maiora negocia procurabat. Et tũ quidẽ ſibi etiã coronã impoſuit: non paruo autẽ poſt tẽpore cũ fratribus ſuis uaſtando territoria & occidendo præcipue romanos itemq; regios perſeuerauit: cũ nec iudæorũ quiſquã effugeret: qui lucrũ aliquod ferens ueniſſet ĩ manus. Auſi ſunt aũt apud Amathontã cõpertum romanorũ agmen obſidere: qui frumenta cohorti atq; arma portabant. Vbi ariũ quidẽ centurionẽ: &. xl. fortiſſimos iaculis confecere. Cæteri uero in periculo cõſtituti ſimilia ſuſtinendi auxilio grati qui cũ ſebaſtenis aduenit elapſi ſunt. Multis in hunc modum cõtra indigenas itemq; alienigenas per omne bellũ geſtis poſt aliquod tẽpus tres ex his comprehenſi ſunt natu quidem maximus ab Archelao. Duo uero qui ætate ſequebantur in manus grati ac ptolomæi delati. Nam quartus Archelao pactione cõceſſit. Sed hic finis eos poſtea ſecutus eſt. Tunc autẽ latrocinali bello cunctam inflammabãt iudeam. Varus autẽ acceptus ſabini & principiũ litteris toti cohorti metueus opem his ferre properabat. Itaq; cum duabus reliquis cohortibus & quatuor aliis equitũ in ptolomaida profectus eodẽ regum atq; optimatũ auxilia conuenire iuſſit. Ad hæc ab Ericiis etiã cum per eorum trãſiret oppidum: mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptolomaidem tam cętera manus auxiliorũ quã propter herodis inimicitias aretas rex Arabũ non cum exiguo numero equitũ peditũq; peruenit. ſtatim exercitus partẽ in galileã quę ptolomaidi propinquior erat dirigit amici ſui galli filio his rectore præpoſito. Qui mox & aduerſus quos ierat omnes in fugã uertit: & ſephore ciuitatẽ captam ipſam quidẽ incendit: nicolas uero eius ſeruitio ſubiugauit. Varus autẽ ipſe cũ omni exercitu ſamaria potitus ciuitate quidẽ abſtinuit: q; inter alio rum turbas nihil eã mouiſſe deprehendit. caſtris autem ad uicũ poſitis qui appellatur Aron ptolomęi poſſeſſionẽ ꝓpterea direptã a barbaris: & ab amicis herodis qui ptolomęo infenſi erant. Inde ſapho progreditur alterum uicũ tutiſſimũ: quem ſimiliter oẽſq; reddítus ſibi repertos fuerant depopulati. Cędis autẽ igniſq; plena erãt omnia: nec præ dę Barbarorũ quicq̃ obſtabat. Exuſta eſt autẽ emaus iuſſu uari neceſſarii cęterorũq; in digne ferẽtis habitatoribus eius fuga diſperſis. Hic progreſſus ad hieroſolymã cũ exercitu ſolo uiſu: iudęorũ caſtra diſiecit: & alii quidem per agros abiere fugientes. Qui uero intra ciuitatem degebant ſuſcepto eo ſeditionis cauſas in alios conferebant: nihil qui

dẽ ſe pœnitus nouiſſe dicentes ſed propter diem feſtum receptã neceſſario multitudinẽ in ciuitate obſeſſos eſſe potius cũ romanis quam cũ ſeditioſis conſpiraſſe. Ante uero obuiam ei uenerant Ioſephus Archelai conſobrinus: & cũ grato rufus agentes exercitũ regium & ſebaſtenos: & ex romana cohorte milites ornatos ornatu conſueto. Sabinus. n. nec in eos Vari uenire paſſus iamdudũ ex ciuitate ad mare diſceſſerat. Varus autẽ diſpartitũ aduerſus authores tumultus per agros dimiſit exercitũ: multiſq; ſibi exhibitis: quos minus turbulentos inueniſſet cuſtodię tradidit: maxime uero nocentiũ prope ad duo milia crucifixit. Adhuc autẽ ſuper idumeam ſupereſſe decẽ armatorũ milia nuntiato. Confeſtim Arabas domũ redire iubet: quia eos non auxiliantiũ more uti militia: ſed pro ſua libidine & ultra quã ipſe uellet agros uaſtare perſpexit: & ſuis autẽ conuocatis agminibus in aduerſarios properabat. Verũ illi ſe Varo antequam in manus uenirent Achiabi conſilio tradiderunt. Varus autẽ multitudini uenia data duces eos interrogandos miſit ad cęſarem. At ille cũ ignoraſſet cæteris: nonnullos regis cognatos: erant enim quidã inter eos herodis propinqui: ſupplicio ſubiugari præcepit quia omnino contra regem ſuum arma accepiſſet. Varus autẽ hoc modo rebus apud hieroſolymã compoſitis eademq; cohorte quę dudũ in præſidio ciuitatis fuerat ibi relicta Antiochiam abiit. Romę autẽ Archelao alia rurſus cũ iudęis cauſa conflata eſt: qui ante ſeditionem permiſſu Vari legati exierant: ius genti ſuę liberũ petituri. Erant autẽ numero quinquaginta qui uenerant aſtantibus una cũ populo qui romæ degerent octo milibus iudęorũ. Itaq; cõuocato a cęſare optimatũ romanorũq; amicorũ concilio in palatini Appollinis templum quod priuatũ ipſius erat ędificium admirãdis opibus exornatũ: multitudo quidẽ iudęorum conſtitit cum legatis cõtraq; Archelaus cũ amicis. Cognatorũ autẽ amici ab utraq; parte ſecreti ꝑderant. Nã & cum Archelao ſtare propter odium atq; inuidiam recuſabant: & cũ accuſatoribus conſpici pudore cæſaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex cauſis præmiſſus a Varo ut & Archelao ſubueniret: & ſi regnũ herodis nepotibus diſtribui placuiſſet: partẽ aliquã mereretur. Iuſſit autẽ accuſatores exponere quę nam contra leges feciſſet herodes: primũ nõ ſe regẽ ſed omniũ qui uſq̃ fuiſſent: tyrannũ crudeliſſimũ toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertuliſſe ſuperſtites ut beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis ſolũ eum laceraſſe corpora ſubiectorum: ſed etiã gentis ſuę ciuitatibus deformatis ex terras ornauiſſe: populiſq; alienis iudęę ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua uero fœlicitate ac patriis legibus nationẽ ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo: atq; iniquitate repletã: prorſus ut plures ex herode clades paucis annis ſuſtinuerint: quã oi quo maiores ſui poſtquã ex babylone diſceſſere perpeſſi ſunt. Xerxe tunc regnante ad diſcordiã concitati. Verũ ſe tamen ad hanc mediocritatẽ & aduerſæ fortunę conſuetudinẽ proceſſiſſe ut etiã ſucceſſionẽ uoluntariã acerbiſſimæ feritatis ſubirent qui & Archelaum tanti tyranni filiũ patre mortuo regẽ appellaſſent: nihil morati: & una cũ eo luxiſſent more herodis: ac pro eius ſucceſſore uota celebraſſent. Illũ aũt quaſi metueret: ne non certus eius filius uideretur ex cęde triũ miliũ ciuiũ regni ſumpſiſſet primordia: & quia principatũ meruit tot immolaſſe deo hoium uictimas: tot feſto die templũ cadaueribus impleuiſſe. Recte igitẽ eos q de tantis malis ſupereſſent: aliquando reſpexiſſe calamitates ſuas: & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora prębere: atq; ab romanis ꝑcari: ut iudeę reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: ne ue quod ex ea natione reſtaret his obiicerẽt a quibus crudeliſſime lacerabaẽ: ſed patriam ſuã coniungi ſyrię finibus ac per iudices romanos adminiſtrari decernerẽt. Hoc enim modo probatũ iri iudęos: qui nũc ueluti turbulenti ac belli cupidi repręhẽduntur: moderatis rectoribus obedire. Iudęoꝝ

quidem; accusatio eiusmodi petitione conclusa est. Cū aūt surrexisset contra Nicolaus Primū criminibus quę in reges erant proposita dissolutis: nationē cœpit arguere: quia neq; gubernari facilis esset natura quę regibus uix pareret. Vna uero etiā propinquos Archelai qui se accusatores cōtulerant insimulabat. Sed tunc quidē partibus Cæsar auditis cōuentum diremit. Paucis aūt diebus post mediā regni partem sub tetrarchę noīe dedit Archelao: etiā regem si se dignū præbuisset factuꝝ esse pollicitus. Reliquā uero dimidiā in duas tetrarchias diuisit: duobusq; aliis Herodis filis attribuit: unā Philippo: alterā illi qui cū Archelao de regno certauerat: Huius aūt parti cesserat trans flumē regio quaꝝ ducenta talenta redditus erant. Bathanea uero & Tracon & auranites: & quę dā pars domus zenonis circa Iammā uicum Philippo destinata sunt quę talentorū. c. redditus ministrabant. Archelai uero ethnarcia idumeā omnēq; iudęā & samariā habebat: quarta tributorū parte leuata pro munere quia non rebellasset cū cæteris. Ac ciuitates qbus imperaret & ei traditę sunt Stratonis Pyrgus & Sebaste & Ioppe & Hieroso lyma. Greças uero Gazā & Gadaram & Hioppon regno auulsas Syriæ Cęsar adiecit. Erant aūt reditus archelai. cccc. talenta. quin & Salomę pręter illa quæ testamento regis ei relicta erant iānie dominā & azoti & phaselidis idē Cæsar constituit: regiamq; apud Ascalonā largitus est ex quibus omnibus talentoꝝ. lx. reditus colligebant. Domū uero eius Ethnarchie subiugauit archelao. Cū autem cęteris herodis propinquis testamento relicto soluisset: duas eius filias uirgines extrinsecus quingentis milibus pecunię donauit: easq; nuptū pheroræ filiis collocauit. Diuiso autē Herodis patrimonio etiā sibi relictas ab eo facultates ad mille talentū: hisdem distribuit: exceptis suo nomine q busdā rebus uilissimis propter honorē defuncti. Cap. ii. Interea quidā iuuenis natione iudęus apud aliquē libertinū romanoꝝ in sidoniorum oppido educatus: illum se format similitudine quē Herodes necauerat. Alexādrum esse mentitus fallendi spe Romam uenit. Huius aūt facinoris habebat sociū quendā gentilem suum: oēs regni actus optime scientem: a quo instructus affirmabat eoꝝ se misericordia qui sui atq; aristoboli occidendi cā missi fuerant similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Deniq; his multos iam iudęos fefellerat in creta degentes: ac liberaliter illic acceptus Miletūq; inde transmissus ibiq; ampliore quęstu cumulatus etiā hospites suos magna uerisimili tudine romā secum nauicare pellexerat. Postremo delatus inde in Acaiam multisq; muneribus ab iudæis eius loci donatus quasi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formę similitudo: ut qui Alexandrū illū uiderant: planeq; nouerant hunc eū esse iurarent: igitur oēs etiam romę uisendi eius studio circumfusi properabant: & infinita multitudo per uicorum angustias quocūq; referebatur conueniebant. Tanta nāq; dementia multos cœperat ut illū sella portarent: ac regale obsequiū pro priis eius sumptibus exhiberent. Sed Cęsar alexādri uultū optime sciens: accusatus cui fuerat ad eū ab Herode: & si priusq̄ uideret hoīem: fallaciā similitudinis aiaduerterat: hilariori tamen animi spe nō nihil indulgendū putauit: & ladū quendam q Alexandrū bene cognosceret misit: ut ad se adolescentē adduceret. Quo ille conspecto statim persone differentiā coniectura deprehendit. Maxime aūt ubi corporis eius duritiam & seruilē formam cōsiderauit: intellexit omne cōmentum. Satis aūt cōmotus est dictoꝝ eius audacia aristobolū pcontantibus saluū quidem illū esse memorabat cōsulto uero non adesse: quia apud Cyprū degeret cauendo insidias: minus enim se circūueniri posse disiunctos. Itaq; ladus ei ab aliis separato uitā dixit a Cæsare primū fore tantę fraudis si prodidisset authorē. Id aūt se facturū pollicitus ad cęsarē sequitur: & iudęum indicat: q formæ suę similitudine abusus esset ad quæstū. Tanta enim dona ex ciuitatibus cum singulis abstulisse docuit: quanta uiuus alexander accepisset. Risit his Cæsar & falsum quidē alexandrū propter habitudinē corporis remigū numero inseruit: suasorē uero eius interfici iussit. Melius aūt sumptū detrimentū pro amētiæ ptio satis esse indicauit. Ethnarchia uero susceptа memor discordię superioris archelaus nō solū iudæis: sed etiā samarientib9 crudeliter abusus est. Nonoq; principatus sui anno legatis cōtra se ab utrisq; ad Cæsarē missis: ipse quidē in exilium pellitur. Viennā gallicę ciuitatē: patrimoniū uero eius thesauris Cęsaris adiudicatur. Quē quidē priusquā euocaretur ad cęsarē huiuscemodi somnium uidisse cōmemorauit. Nouē aristas plenas: & maximas a bobus comedi somniauit. Accitos deinde uates chaldeorūq; nonnullos quidā illo putarēt indicari somnio cō fuluerat. Aliis autē aliter interpretantibus Simon quidā esseus genere dixerat. Aristas annos arbitrari boues q; rerum mutationes: eo quia agros arando uerterent ac mutarent. Ideoq; regnaturꝝ esse tot annis quot significasset numerus aristarum: uarias aūt rerum mutationes expertū esse morituꝝ. His auditis quinq; diebus post idē archelaus ad causam dicendā est euocatus. Dignū aūt duxi memoria etiā coniugis eius Glaphiræ somni ū Archelai filię Cappadocū regis referre. Qua cum alexander primus habuisset uxorem: frater huius de quo loquimur Herodis filius a quo ille interfectus est: sicut iā designauimus post illius mortē. Iube regi libyę nuptā: eoq; defuncto domū reuersam: domiq; apud patrē in uiduitate degentē. Ethnarches Archelaus ubi cōspexit ad hoc amoris accensus est: ut eā statim repudiata coniuge sua Mariāne sibi copularet. Hęc igitur in breui tēpore postq̄ in iudęam rediit: uidere uisa est instantē sibi Alexandrum dicere. Satis fuerat tibi libycum matrimoniū: sed tu illo nō contenta rursus ad meos penates reuerteris audacissima uiri tertii quodq; grauis est: fratris mei iuncta matrimonio. Equidē non dissimulabo contumeliā: te quę licet inuitā recuperabo. Atq; hoc expositо somnio uix biduū superuixit. Igitur Archelai finibus in puinciā circūscriptis procurator eq tum apud romanos componius a Cęsare missus est ea sibi a cęsare potestate mādata. Hoc disceptante Galileus quidā Simon noie defectionis arguebantur: quia indigenas increparet: si tributū romanis pēdere paterentur: dominosq; post deum ferre mortales. Erat aūt proprię sectę sophista: nulla in re aliis simul. Etenim tria sunt apud iudęos genera philosophię. Horū unū phariseі profitentur: alteꝝ saducei: tertiū autē qd & probabilius habetur Essei colūt: gēte quidem iudæi. Verum inter se mutuo amore coniunctissimi & qui pręter cęteros uoluptatē quidem quasi maleficia uitare. continentiā uero seruare neq; cupiditati succūbere: uirtutē maximā ducere. Itaq; nuptias quidē fastidiunt: alienos uero filios dum adhuc molles sunt erudiunt: traditos pro cognatis habētes suis moribus diligenter instituunt. Non quia cōiugia uel humani generis successionē censeant pimendā: sed quia cauendam putent intēperantiam fœminaꝝ nullā eaꝝ uni uiro fidem seruare credentes. Quin & diuitiaꝝ contemptores sunt: rerūq; apud eoꝝ cōicatio admirationi habetur: neq; inuenias alteri alterū opulētia pstare legēq; sibi dixerūt: ut q disciplinā suā sectari uellent: bona contubernio publicarent. Ita enim fore ne uel paupertatis humilitas: uel diuitiarū dignitas appareret: sed permixtis facultatibus ueluti inter fratres unum esse omniū patrimoniū. Probo autē ducunt oleū: & si quis uel inuit9 unctus fuerit: mūditiis corpus abstergere: quoniā squalorē decori putant dūmodo semper in ueste sint candida. Designatos aūt cōium rerum procuratores habent: & ad usus oium singulos indiuisos. Non est autē illis una ciuitas certa: sed in singulas multi domicilia transferunt: & aliunde aduenientibus secte suę professoribus quid habeant promptū exhibent quasi propriū. Deniq; tanq̄ suetissimi ad eos ingrediuntur quos nunquam ante uiderunt. Hinc est quia cū peregrinantur propter latrocinia tantū armatē: neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

prę̃terea quicquã ferunt. In singulis aũt ciuitatibus ex eodẽ collegio ſpecialis curator hoſpitum cõſtituitur: qui eoꝝ ueſtimenta cęteraq; uſui neceſſaria tueatur. Amictus aũt cultuſq; corporis oibus pueris in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt. Nec uero ueſtitũ ſiue calceos mutant: niſi aut oĩno concĩſis prioribus: aut lõgi tẽporis: uſu cõſumptis. Nihil aũt inter ſe mercantur aut uendunt: ſed egenti quiſq; quod habeat præbens refert ab eo quod ipſe nõ habeat. Quãuis etiã ſine permutatione cunctis libera ſit facultas a quibus libuerit accipiendi quod opus ſit. Prę̃cipue circa deũ religioſi ſunt. Nãq; ante ſolis ortũ nihil profani loquuntur: ſed ei patria quędã uota celebrant: quaſi ut oriatur p̃cantes. Deinde ad quas uenerunt ſinguli artes a curatoribus dimittuntur. Cumq; ad horã quintã ſtudioſe fuerint operati rurſus in unũ cõgregantur: lĩteiſq; prę̃cinctis uelamĩnibus ita corpus aquis frigidis abluunt. Atq; hac luſtratione in eadẽ ſecreta coeunt: quo neminẽ alterius ſectæ hoĩem aſpirare conceſſum eſt: ipſiq; purificati: uelut in ſanctum quoddã templũ in cęnaculũ conueniũt: quibus cũ ſilentio ſedentibus piſtor q dem panes ordine: unum aũt uaſculũ ex uno pulmento ſingulis cocus apponit. Deinde uoce cibũ ſacerdos anteuenit: neq; guſtare quẽquã fas ẽ: niſi pri⁹ deo celebratur oratio. Poſt finẽ quoq; prandii uota repetunt. Nã & cum incipiunt & deſinunt quaſi dato rẽ uictus deum laudibus canunt. Tunc ueluti ſacris illis depoſitis ueſtimentis uſq; poſt meridiẽ ad opera ſe cõferunt. Reuerſiq; inde ſimiliter cœnant conſedentibus etiã hoſpitibus ſi quos fortaſſe interueniſſe repererint. Neq; uero clamor unq̃ tectum illud: neq; tumultus inquietat: cum etiã loquendi ordine aliis alii cedant: eorumq; ſilentiũ extra tectũ conſtitutis arcanũ quoddã uideatur horribile. Cuius quidẽ rei perpetua ſobrietas cauſa eſt: quodq; apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate diffinit. Sed quamuis aliquarũ rerũ nihil ſine precepto faciunt curatoris: tamen in his duob⁹ hoc eſt ĩ iuuãdo & miſerẽdo ſui iuris ſunt. Nam & ſubuenire dignis cum opus eſt ſuo arbitrio cuiq; licet atq; indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare aliquid ſine curatoribus iterdictũ. Idem iracundię moderatores iuſti ſunt: indignationẽ cohibent: fidẽ tuẽtur: paci obſecundant: & omne quod dixerunt iureiurando fortius habent. Ipſum autẽ iuſiurandũ quaſi periurio deterius uitãt. Iam enim mendacio condẽnatum arbitrantur: cui ſine deo nõ creditur. Summũ autẽ ſtudiũ ueterũ ſcriptis adhibent ea maxime inde: quę animę & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborũ remedia ſtirpes medicas quãq; uim propriã ſingulĩ lapides habeant rimãtibus conquiruntur. Sectæ uero ſuę ſtudioſis non ſtatim cũ eius una collectio: ſed per annũ integrũ extrinſecus cõmoranti cuiq; eundem uictus ordinẽ tribuunt. Dolabram quoq; & quod prædictũ eſt perizoma & albã ueſtẽ tradentes. Cũ uero proceſſu tẽporis experimentũ cõtinentiæ dedit: accedit etiam ad cõmunem cibũ: & purioribus ob caſtificationẽ ſcilicet aquis participat: neq; tamen in conuictũ aſſumitur. Poſt oſtenſionẽ quippe continentiæ duobus annis alũs mores eius probantur. Cũq; dignus apparuerit tunc demũ in cõſortium aſſumitur. Priusuero quã incipiat cõmunem habere cibũ magnis execrationibus abiurat ſe primũ quidẽ colere deũ: deinceps quoq; erga homines ſeruare iuſtitiam: & neq; propria ſponte nocere cuiquã: neq; ex præcepto obeſſe: quinimmo iniquos omnes odiſſe: & cũ labore ſemper iuſtitiæ ſectatoribus fidem omnibus ſeruare maxime uero principibus. Neq; enĩ abſq; uoluntate dei cuiquã conſentire poſſe ad principatus potentiã accedere. Si uero ipſe cęteris præfit nunquam abuti nunquã ſe ab uſurum uiribus poteſtatis ad cõtumeliã ſubiectoꝝ ſed neq; ueſte aut ambitioſo aliquo ornatu reliquis eminere: ueritatẽ ſemper diligere: & habere propoſitũ conuincere mentientes. Manus uero a furto & animã puram ſeruare ab iniuſtis cõpendiis: & neq; aliquid de myſteriis conſecrancos cęlare. Neq; profa

nis eoꝝ quippiã publicare: etiam ſi intentata quiſpiam morte cõpellat. Super hęc aũt addunt nihil ſe de dogmatibus aliquid quã ipſi ſuſceperint tradere. Fugere autẽ latrocinia: & conſeruatũ iri ſimiliter dogmatis ſui libros: angeloꝝ nomina his quidẽ execrationibus explorant: & quaſi prę̃muniunt accedentes. Deprehenſos uero in peccatis a ſua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condẽnatus miſerabili plerũq; morte conſumitur: illis quidẽ ſacramentis: ac ritibus obligat⁹: neq; capere ab aliis oblatũ cibũ poteſt. Herbas uero pecudũ more decerpens: & fame exarſa membra corrũpuntur. Ob q̃ etiã plurimos plærũq; miſerati: & extremũ ſpiritũ agẽtes receperũt ſufficientẽ pro peccatis eoꝝ quæ uſq; ad mortẽ adduxerat pœnam fuiſſe cenſentes. In iudiciis uero ſunt diligentiſſimi atq; iuſtiſſimi. Diſceptant autẽ non minus quã centũ in unum coacti: quod aũt ab his decretũ fuerit immobile manet. Veneratio quoq; apud eos poſt deũ magna legiferi eſt: ita ut ſi quis eũ blaſphemauerit morte dãnet. Senibus uero obedire: & plurimũ quorũq; deprobabile arbitrãtur officiũ: cum ſimul deniq; ſederint. x. nullus unus nouẽ loquitur iuitis. Expuere quoq; in medium eoꝝ uel in dexterã ſui partẽ quiſq; deuitat. Sabbatis quoq; operationẽ aliquam contigiſſe oibus iudæis diligẽtius cauent neq; cibũ ſibi ſolũ pridie præparant: ne uidelicet illo die ignẽ accendãt: ſed neq; uas aliquod tranſponere prę̃ſumunt imo nec aliũ purgant. Aliis aũt diebus fodientes foueam uno uerbi gratia pede altã cũ illa dolabra quã tradi nuper accedentibus diximus demiſſa ueſte ſeſe diligentiſſime contegentes: ne ſcilicet ſplendori diuino iniuriam faciãt: in eadem fouea ab onere uentris leuantur: ac deinceps terram quam effoderant reducunt: idq; ipſum faciunt in locis ſecretiſſimis: & nempe cũ naturalis ſit iſta purgatio: nihilominus tamen ſolẽnem habent ut quaſi ab immunditia diluantur: decernũt autẽ inter ſe ſecundũ ſuſceptę abſtinẽtię tẽpora in ordines. iiii. tãtumq; hi qui iũiores ſunt iferiores prę̃cedentibus ęſtimãtur ut ſi aliquos eoꝝ contigerit quaſi a cõtrectactu alienigę diluant. uiuunt aũt quã longiſſime: ita ut plurimi eoꝝ uſq; ad centenariã præferãt ętatẽ propter ſimplicitatẽ. ſ. uictus: quod eis nimirũ accedere puto propter inſtitutionẽ bene in omnib⁹ ordinatã. Sunt aũt aduerſorum cruciatus ſiquidẽ uincunt firmitate conſilii. mortẽ uero ſi cũ decore obeunda ſit iudicant ẽt imortalitate meliorẽ. prodidit aũt eorũ in oibus negociis animos bellũ geſtum cũ romanis. Tunc ſiquidẽ per artuũ confractiones & ignes ac per tormenta omnigena trãſeuntes: ut uidelicet in legiſlatores aliquid loquerentur iniuriã: uel ciborũ quippiã quos nõ ſolent ederent: ad neutrũ horũ potuerũt impelli: ſed neq; deprecari ſuos tortores: aut ipſa ferre ſupplicia ĩ mediis quinimmo cruciatibus ſubridentes: & eis qui tormenta admouerant: illudentes conſtãtes animos cũ quadã hilaritate reddebãt. ſ. quaſi qui eos eſſent denuo recepturi. Opinio qppe apud illos firmata conſiſtit: corruptibilia quidẽ eſſe corpora: materiamq; eorũ non eſſe perpetuam: animas autẽ immortales ſemper manere: & de ęthere ſubtiliſſimo cõmeantes quaſi carceribus ita corporibus implicari: uelut quas illecebra carnalis attraxerat. Cũ uero fuerit a carnalibus releuatę uinculis quaſi de ſeruitute longiſſima liberatas ita illico lætari: eas ſublimeſq; ferri. Et quidẽ bonis concinentes in hoc græcorũ ſententiis pronunciant ultra Oceanũ degere: ubi eis ſit impoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionẽ: quę neq; imbribus: neq; niuibus: neq; ęſtibus aggrauetur: ſed quã Oceano oriens zephyrus & leniter aſpirans amenet. Malis autẽ animabus procelloſa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendarum ſine fine pęnarum. Videntur aũt mihi ſecundũ hanc ipſi intelligentiã greci quoq; fortibus ſuis quos Heroas & Semideos uocant beatorum inſulas ſequeſtraſſe: improborũ autem animabus locũ apud inferos impioꝝ: in quo ẽt cruciari quoſdã cõmẽtati ſunt: ſiſyphos uidelicet & tãtalos & ixiones & tityos

principio quidē immortales esse animas existimantes:ob adhortationem utiq; uirtutis dehortationēq; nequitiæ bonos quippe fieri in huius uitę cōuersationē meliores per spē bonorū etiā post lucem redibendoꝝ:improborū autē impetū retardari æstimātiū:quoniam & si huius uitæ spatio latuerint:post obitū tamen sint imortalia tormenta passuri. Hęc sunt ergo:quæ Essei de diuinitate animæ philosophantur. Plane illecebrā ineuitabilē eis qui semel deoꝝ sapientiā gustauerit reponētes. Sunt autē in eis qui etiā futura nosse promittant: sacris uidelicet libris & uariis sanctificationibus: prophetarūq; dictis a primis ætatibus adhærentes:raro aūt accidit:ut prædictiōes eoꝝ frustratio consequaf. Est āt aliud etiā Essęorum collegiū cibos quidē & mores legumq; similia cū prioribus habēs. Distat aūt opiniōe cōiugii maximā siqdē uitę hominū partē successionē. s. amputare eos:qui abstineant nuptiis arbitrantur:quippe si in eandē uelint ire sententiā: defectuꝝ confestim genus humanū fore. Nihilominus tantū ipsi tanta moderatione conueniunt ut per triennīū explorent ualitudinē fœminarū. Et si constanti purgatione apparuerint idonęę partui ita eas in matrimōia adsiscunt. Nemo tamē eorū cum prægnante concūbit:ut ostendant:quia non uoluptatis nuptias:sed causa inierint liberorū. Lauantib⁹ aūt fœminis:ita ut uiris perizomatū inest amictus:tales mores huius collectionis. duo aūt priorū quasi ordines sunt. Ex quibus phariseį dicuntur qui certiorē legaliū ritum notitiā profitentur:& hi primū dogma hēnt:ut imarmene & deo uniuersa deputent: & quidē uel agere quæ iusta sunt uel negligere secundū maiorē partē esse beniuolentiæ in hominibus profitenrur adiuuāte tantū in singulis & imarmene:animā aūt quidē omnem incorruptā esse:transire aūt in alia corpora solas bonoꝝ:improborū autē intermi nabili supplicio cruciari. Saducei porro.i. secunda collectio imarmenē oi fariā negant: & deum extra oēm mali patrationē inspectionemq; constituunt. Aiunt aūt electioni hominum uel bonum uel malum esse propositū: & secundum uoluntatem propriam alter utrum unumquemq; coniungi. Animarum autem generaliter uel supplicia denegant uel honores:& pharisæi quidem sociabiles:& qui studeāt se mutua dilectione completi. Saducei uero & inter se ferismoribus discrepantes:& conuersatio eorum ita circa partici pes ut erga exteros inhumana: hęc sunt quæ de iudęorum philosophis dicenda repperi: nunc ad incœptum reuertor. Cap. iii. Archelai regno in ordine prouincię iam decedente reliquit idest Philippus & herodes qui cognominabaf antipas tetrarchus suas regebant. Salome autem moriens Liuiæ augusti coniugi regionem quā rexerat:& iamniam & in phaselide palmitam testamento reliquit. Delato autē ad Tyberium Liuię filium romano iperio post mortē. s. augusti qui pfuit rebus annis septem & quinquaginta mēsibus sex diebus duob⁹ manētes in tetrarchiis suis:Herodes s. ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipsos:de quibus iordanis flumen exoritur in paniada cōdidit ciuitatē: quā cęsariam uocitauit:aliamq; inferiori gaulanite:quā Iuliadē nominauit. Herodes uero in galylea Tyberiadā iperio aūt cognomine Iulię. Missus aūt a Tyberio in iudęā Pilatus qui curandā acceperat regionē nocte itempesta opertas in hierosolymā itulit imagines cæsaris quæ res postridie grandē inter iudæos suscitauit tumultū: nā q aderāt stupore pmoti sunt:quasi iam profanatas leges suas uiderent. Nullū enim fas esse dicūt collocari in urbe simulachrū. Ad quęrelā autē eorum qui in ciuitate erāt:subito ēt de agris multitudo cōfluxit. Euntes autē illico Cęsariam ad Pilatum intētissime deprecabant: ut ab Hierosolymis auferrentur imagines:& eis iura patria seruarentur. Pilato autē supplicantibus abnuente circa domū eius proni corruerant: & immobiles quinque diebus continuis noctibusq; mansere. Post autem Pilatus tribunal ascendens in studio magno conuocat multitudinem iudęorum quasi qui eis uellet dare responsum cū subito milites

accepto signo:sic enim fuerat pręparatū: armati circunsteterunt iudæos: circundataq; triplici acię. Iudæi quidem stuporis erant pleni uidētes insperatā rerum faciem. Tūc Pilatus denuntians trucidaturū se oēs nisi imagines Cęsaris suscepissent: ānuit militibus: ut educerent gladios. Iudæi autem quasi ex uno consilio omnes subito corruerūt: & ceruices nudatas ad excipiendos ictus pararunt uociferantes uniuersi magis se interfici uel le quam legem. Tunc Pilatus circa religionem studium populi demiratus confestim de Hierosolymis statuas iussit auferri:deinde uero cōturbationē alteram cōmouebat: erat apud eos sacer thesaurus quem Chorboan dicunt:hunc ad inductionē aquarū iussit expendere:erat autem inducenda aqua ab stadiis. ccc. ad hoc itaq; uulgi oriebantur querelę ita ut etiam pilati qui hierosolymā uenerat cū clamore circūdarent tribunal: ille autē preuiderat:sed quidem tumultū eoꝝ populo permiscuit armatos milites:qui tunc essent priuatoꝝ uestibus induti. Pręcepit gladiis quidem non uterentur:fustibus aūt acclamātes ferirent. Sicq; cōpositis rebus dat ex tribunali signū confestimq; cædebantur iudæi: quoꝝ multi quidem perierunt plagis:multi uero se inuicem trucidātes in fugam misera cōtritione uersi sunt. tūc ad calamitatem interfectorū stupens multitudo conticuit:atq; ob hoc accusator Herodis tetrarchæ agrippas fuit filius aristoboli:quē pater herodes interfecit:ad Tyberiū uenit. Illo autem non suscipiente accusationē residens romę ad aliquoꝝ quidem potentiū notitias ambiebat. Maximis autem colebat officiis germanici filium Caium cū adhuc esset priuatus. Et quodā die inter copiosum epularū apparatū quibus eū demerebatur:ad ultimū extensis manibus aperte deum cœpit precari:celeriter illum mortuo Tyberio dominū cunctoꝝ uidere. Hoc cum quidā de familiarib⁹ eius Tyberio nunciasset statim concludi iussit Agrippam qui & sub grandi ęrumna usq; ad mortem Tyberii in carcere per menses sex tenebatur. sed defuncto eo post regnū annorū duoꝝ & uiginti dieꝝ trium succedens imperiū. C. Cęsar absoluit Agrippam uinculis & Tetrarchiam Philippi:iam enim iste decesserat ei tradidit:regemq; appellauit. Cum uenisset aūt in regnū agrippas:Herodis tetrarchæ cupiditas per inuidiā suscitauit. Irritabat autē eum maxime in spem regni Herodias uxor:exprobrans ei secordiā & dicēs: qa per id quod noluerat ad Cæsarē nauigare careret potestate maiore:nam cū Agrippā ex priuato regem fecisset:quomodo dubitaret illū ex Tetrarcha eodem honore donare. His adductus Herodes uenit ad Caium:a quo ob auaritiā uchemēter increpatus ad hispaniam fugit:secutus eum qppe fuerat accusator agrippas:cui etiā Tetrarchiam illius C. Cæsar adiecit. Atq; ita Herodes qdem in hispania peregrinante secū etiam uxore decessit. Caius uero cæsar in tantū eontumelioſe abusus est fortuna ut etiā & deum se putaret:& uellet uocari. Patriam quoq; suā multoꝝ nobilium cęde truncauit. Extendit autem impietatē suam etiā in iudęam:Petroniū deniq; cum exercitu hierosolymas direxit: præcipiens ut in templo statuas eius leuaret:quod nisi susciperent iudęi contradicentes quidem ex his interficeret:reliquā uero multitudinē captiuaret:permouebat aūt hoc profecto deum. Et Petronius quidē cum tribus cohortib⁹ multisq; de Syria habitatoribus properabat in iudęam de antiochia. Iudęoꝝ uero quidam non credebant famæ pręliū nuncianti. Qui uero credebant nihil de resistentib⁹ poterant cōminisci. celeriter aūt in omnes peruadit metus:nam iam ptolomaidā peruenerat exercit⁹. Est autē hęc ciuitas Galyleę littore in magno composita:circundatur aūt montibus ab orientali plaga p sexagita stadia dissepatis:sed ad Galyleā ptinētib⁹ a Meridiāo āt Carmelo qui abest stadiis centū uiginti:a septētrionali quoq; mōte q est altissimus:quē uocāt ēt incolę scalā tyrioꝝ:& hic āt distat stadiis. c. ab ea āt urbe quasi ab duobus stadiis pręterlabit' fluuiol⁹ quē uocāt beleū exigu⁹ ,prsus:cui prope est sepulchrū mennonis hns iuxta se. c. fere cu-

bitorū ſpatium continẽtẽ:ſed admiratiõe dignißimū: eſt aũt ſpecies uallis rotundę ui-
treã emittens harenã:quã cum exhauſerint multæ naues pariter accedentes:locus hiſdẽ
rurſus impletur. Venti ſiquidẽ quaſi dedita opera conuehũt de circũſtãtibus ſupercilijs
harenã iſtam utiq; cõem. Locus autẽ metalli ſtatim metalla in uitrũ quę ſuſceperit mu
tat. Mirabile quoq; mihi illud uidetur:quoniã cõuerſę iam harenæ in uitrũ queçũq; ps
ſuper margines loci ipſius fuerit iacta in cõem harenã denuo cõuertitur. Igitur loci eius
natura talis eſt. Iudęi aũt cum mulieribus & filiis collecti in campũ in quo eſt ſita ptolo
maís Petronio ſupplicabant principio ob patrias leges:deinceps uero etiã pro ſuo ſtatu:
ille aũt ob multitudinẽ precantiũ & precum inflexus exercitũ quidẽ & ſtatuas in ptolo
maide reliquit:procedens autẽ in galyleã & conuocans in tyberiade tam populũ iudęo
rũ quã oẽs eoꝝ nobiles:& uim romani exercitꝰ cœpit expõere:& minas cęſaris. His ad
dens:quoniã & contumelioſa eſſet ſupplicatio iudeoꝝ:cum oẽs ſiquidẽ gentes quæ pa
rerẽt imperio ro. in ſuis urbibus inter reliquos deos:imagines quoq; Cæſaris locauiſſent
ſoli iudęi iſtud abnuerent. Siquidẽ quaſi ab imperio deficere eſſet etiã cum iniuria præſi
dentis. Illis uero contra legẽ moreſq; patrios allegantibus:& quia ne dei quidẽ ſimula-
chrũ nedũ hominis:neq; ſolũ in templo:ſed neq; in prophano aliquo totius regiõis loco
fas ſibi eſſet locare:arripiẽs dictũ Petronius reſpõdit. Sed & mihi domini mei lex ſeruan
da eſt. Sí eam quippe trãſgrediar uobiſq; pcam iuſte animaduerſionẽ ſubito ipugnabit
ſane uos:non petronius:ſed ille a quo ſum directus:ſiquidẽ ita & ego uos cogã implere
quæ iuſſa ſunt. Ad hoc oĩs multitudo ſucclamauit ante legis temerationẽ oẽm ſe libẽter
ſubire pernicię. Sedato aũt eorum clamore petronius ait. Pugnare ergo inquit aduerſus
Cęſarem eſtis parati? Reſponderunt iudęi pro cęſare quidem & populo ro. nobis ſem-
per per dies ſingulos uſus eſt offerre ſacrificia:ſi autem in templo imagines æſtimet col
locandas debere cum totam iudæorũ gentẽ primitus innouare:præbere ſe quippe iugu
los cum mulieribus & paruulis ei qui interficere uoluiſſet. Ad hęc admiratio Petronium
miſeratioq; peruaſit intuentẽ & inſuperabilem religionẽ uirorum:& tantum uulgus ad
mortẽ conſtanter paratũ. Et tunc quidem infectis oĩbus receſſerunt. Poſtridie autem ac
deinceps ſummates eoꝝ priuatim uiritimq; cõpellans:populũ quoq; publice alloquẽs:
tunc quaſi conſulens admonebat. Interdũ etiam minabatur extollens & uirtutẽ roma-
nã & indignationẽ cęſaris inter hęc etiam ſuam neceſſitatem cui eſſent exequenda præ-
cepta:ſed illi ad nulla hoꝝ experimẽta cedentibus:cũ uideret etiam ſemẽtẽ regionis in
tercipi ipſum quippe anni tẽpus erat:& quinquaginta pœne diebus multitudo in urbe
otioſe morabatur ad ultimũ conuocatis omnibus ait ſe etiã piculoſam rem uelle aggre-
di. Aut enim deo cooperante placabo cæſarẽ:ac uobis cum ſaluabor libẽter: aut illũ in
ultionẽ irritabo:pro tanta multitudine impendo animam meam. Atq; ita dimiſſis tur-
bis multa pro eo uota facientibus Antiochiã ab Ptolomaída reuocauit exercitũ:atq; il-
linc confeſtim miſit ad cæſarẽ referens:& quo apparatu in iudęã irruiſſet:& q; tota gens
ſupplicaſſet:quibus ſi abnuendũ putaret:noſſet cum uiris etiã prouinciã perdendã. Ser
uare ſiquidem ipſos legem patriam:& nouis preceptis uehementer obſiſtere. His epiſto
lis reſpondit Caius immodice cõminans petronio mortẽ:quoniã iuſſionum ſuaꝝ ſegnis
executor fuiſſet. Sed ſcriptoꝝ taliũ uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa
tempeſtate retineri. Alii aũt exitium. C. cæſaris nũtiantes proſpere nauigauerunt:denicq
ante ſeptem & uiginti dies epiſtolas Petronius accepit finẽ cæſaris indicantes quam illi
peruenirent:qui cõminantia ſcripta portabant. Caio per dolũ interẽpto:qui regnauerat
annis tribus mẽſibus ſex rapiẽ in regnũ ab eo exercitu qui rome erat claudius. Senatus
aũt referentibus cõſulibus iguatio Saturnillo & Põponio ſecundo mandat tribus legio

nibus ut eſſent pſidio ciuitati:& ipſe frequens in capitoliũ deuenit. Quia propter imani
tatẽ caii bellum agi cum Claudio decernebat:uolens imperiũ ad optimates reducere:ut
ſicut olym fuerat ad regendũ digniſſimi eligerentur. Accidit aũt ut agrippas adueniret:
quem cum ſenatus in conſiliũ & in caſtra Claudius euocaſſet: ut. ſ. eo ſtrenuo adiutore
uteretur in quibus res poſceret:uidens Agrippa Claudium iam eſſe opibus cęſarẽ ad cũ
perrexit:quẽ ille illico legatum ad ſenatũ miſit indicantẽ ſuũ propoſitum:quoniã primo
quidem inuitus ab exercitu raptus ſit iniquũ eſſe ſe militũ erga ſe ſtudiũ tam religioſum
deſerere iam tutã aliter ſuam nõ eſſe fortunam:iam enim ad inuidiã fatis eſſe q; in regnũ
uocatus ſit. Deinde adminiſtratũ ire paratum eſſe in rempub. nõ ut aliquis tyrannus ſed
ut pſul benignus ſufficere ſibi quippe honorẽ nominis. De ſingulis aũt negociis cõmu-
nem omnium ſtare ſententiam. Nam & ſi nõ natura eſſet modeſtus: & locuples tamen
moderandę poteſtatis exemplũ Caii morte eſſe propoſitũ. quę cum detuliſſet agrippas
reſpondit curia:quaſi quę exercitui & bonis conſiliis fideret nolle ſe ſubire uoluntariam
ſeruitutem:ſed accepto patrẽ reſponſo Claudius rurſus miſit Agrippã nunciare eis: quo
niam non poſſet adduci ut eos proderet:quoꝝ conceſſu in iperiũ eſſet accitus inuitũ ât
ſe inituꝝ eſſe pugnã aduerſus eos cũ quibus confligere minime uellet:proinde eligendũ
eſſe locum extra ciuitatem in quo confligerent:neq; enim ſanctũ eſſe propter illoꝝ per
uerſitatem patriã ciuili cæde fœdari. Et Agrippa qdem iſta ſenatui nũciauit. Cap. iiii.

Inter hæc aũt unus de his militibus qui cum patribus erant educens gladium. Com
militones inquit quibus perturbati cauſis parricidia perpetrare cupimus:& concurrere
aduerſus propinquos noſtros Claudium ſecutos? maxime cum habeamus imperatorẽ
quem in nullo culpare poſſimus & ad quem cum iuſtis magis allegationibus:q̃ cum ar
mis egredi debeamus. Hæc dicens per mediam egreſſus eſt curiam:omnibus ſe mílíti-
bus conſecutis hoc exemplo optimates deſerti in magno metu eſſe cœperunt:ac dein-
ceps uidentes ſibi aduerſionem tutam non eſſe iter ſecuti militum ad Claudium tranſi
erunt:occurrebant autem eis pro muris nudatos gladios ferentes hi q fortunę regis am
bitioſius adulabantur:& pœne accidit:ut progreſſi quinq; interficerentur:ante. ſ. q̃ mili
tum impetum cęſar agnoſceret: niſi pręcurrens Agrippas imminentis ei facinoris peri
culum nunciaſſet:dicens quoniam niſi coercuiſſet exercitum iam in ſanguine ciuium fu
rentem confeſtim miſſurus eſſet omnes per quos conſpicuum eſſet imperium:fieretq; ſo
litudinis imperator. Hæc audiens Claudius continuit militum impetum. Suſcepit autẽ
in caſtris aduenientem ſenatum:& indulgenti honore cõplexus: egreſſus cum patribus
confeſtim obtulit deo uictimas:ut mos eſt pro imperio ſupplicari. Agrippam quoq; pro
tinus muneratur regio patrimonio:omnia adiiciens ei:etiam illa quę Auguſtus Herodi
dõauerat:traconitiden ſcilicet & aranitiden. Præter hæc autem aliud quoq; regnũ quod
Lyſanie uocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictum uindicauit. Patri
bus autem pręcepit:ut inciſæ ęris tabulæ in capitolio collocarentur. Donat aũt ei etiam
fratrem ſuum Herodem qui genus eiuſdem erat berenici iunctis regine Chalcidis. Opi
nione aũt Celerrius Agrippę dati regni cenſus maximus affluebat:qua ſane pecũia nõ
ille in rebus exiguis abutebaẽ:ſed talem morum hieroſolymis circũdare cœpit:qualem
ſi potuiſſet abſolui inefficacem prorſus obſidionem romanis õppugnantibus effeciſſet.
Sed anteq̃ impleret opus deceſſit in cæſaria. Regnauit aũt annis tribus. Ante queq; cũ
Tetrarchiã regeret:aliis tribus annis tenuerat poteſtatẽ. Reliquit uero filias quidẽ tres
de cypro natas Berenicen. mariannem atq; druſilam: filiũ aũt ex eadẽ ipſa cõiuge noĩe
agrippam:qui non nimis paruulus erat. Tunc claudius regnum eius in prouinciã rede
git:in cuius procurationẽ miſſus eſt Ceſtius feſtus. Poſt hunc aũt Tyberiũ Alexãdriũ:

qui nihil de consuetudine patria imutantes gentem in pace tenuerũt. Post hęc uero & herodes qui regnabat in Chalcide decessit. Relinquẽs de sorore sua Berenice filios duos. Bermocianũ & Hircanũ: de priore autem marianne Aristobolum: cuius frater mortuꝰ fuerat aristobolus priuatus: relicta filia iotapata: hi quidem erant sicut supra dixi liberi aristoboli: qui fuerat herodis filius. Alexander autẽ & aristobolus nati fuerant herodi de marianne: quos ipse parẽs interfecit. Alexãdria autem posteri in maiori Armenia regnauerunt. Cap.v. Post obitum aũt herodis qui regnauit in Chalcide claudius agrippam filium agrippę in auunculi sui regno constituit. Alterius autem prouinciæ suscepit curam post alexandrum cumanus: sub quo oriri cœperũt tumultus: & denuo iudęos calamitas cõpræhendit. Conueniẽte quippe multitudine ad diem festũ azimorum in hierosolymam stante legione romana super porticulum templi armati quippe milites semper custodiebant festos dies: ne quid cõuenientes populi nouare auderent. Vnus ergo e militibus reductis turpiter uestimentis inclinãs posteriora sua obuertit ad faciem iudęorum: & ad hunc habitũ uocem emittens similem succlamauit. Ob quod factũ tota cœpit multitudo conqueri: ita ut circunstarent cumanũ ad supplicium militẽ deposcẽtes. Ex his autem inconsulti iuuenes: & quasi natura apti ad seditiones mouẽdas in litẽ grauissimã prosiliebant: hi continuo quippe saxa rapientes percutiebant milites. Tunc ueritus cumanus ne totius in eum uulgi ipetus fieret plures euocauit armatos: qui cũ essent porticibus imissi metus grauis icidit iudæis. Statimq; in fugam uersi relicto templo refugere cœperunt. Tanta autem per egressus de constipatione obtritio facta est: ut conculcatione mutua super .xxx. milia hominum consumpta sint. Facta est autem uniuersæ genti luctuosa festiuitas & planctus per domos singulas personabat. Cap.vi.

Successit autem huic calamitati latrocinantiũ tumultus. Iuxta bethoro quippe circa assensum publicum stephanus quidam seruus cęsaris suppellectilem quãdam uehebat: quę ab irruentibus direpta latronibus est. Cumanus autem ad inquisitionem mittens eos qui in proximis uicis essent: uinctos ad se adduci iussit: denuntians: ut conquisitos latrones in uincula coniicerent. qua occasione quidã militũ in uico aliquo libros sacræ legis offensos discidit atq; cõbussit. Iudęi aũt quasi totã religionẽ inflammatã uiderint undiq; cõfluxerũt: & uelut machinamẽto aliquo: ita ui superstitionis attacti oẽs ad unam euocationẽ ad cumanum cęsariã concurrunt precantes ut militẽ qui tantam cõtumeliã deo legiq; eius intulisset: non relinqueret ipunitũ. Ad hæc enim ille uidebat multitudinẽ nequaquã quieturã: nisi aliqua esset satisfactione sedata, adiudicatũ militem per mediũ populũ ad supplicium iussit adduci: sicq; iudæi placatis animis recesserunt. Cap.vii.

Denuo aũt galyleorum & samaritanoꝝ conflictus exoritur. In uico enim: quẽ gemmam uocant qui est in magno Samariæ cõpositus: quidã galyleus de numero iudęoꝝ ad festiuitatẽ ascẽdens interficit. Ad quod factũ multi ex galylea regione cõuenerũt ut cum samaritis cõfligerent. Horũ autem nobiliores conuenerũt in cumanũ rogantes: ut antequã grauis calamitas oriret transiret in galyleã: & in eos qui authores essent homicidii uindicaret. Cumanus his negotiis quæ habebat in manibus postponens illorũ petitiones sine affectu precatores emisit. Nunciato igitur homicidio hierosolyma omnis multitudo cõmota est: & relicta diei solẽnitate in Samariam uulgus impetum fecit sine duce: nec cuiquã principũ suoꝝ retinenti acquiescentes: latrocinio aũt eoꝝ & tumultu q dã Dinei filius Eleazarus & alexander pręerat: qui in crabetene regiõis cõterminos irruentes ꝓmiscuã dedere cędẽ a nullius ætatis exitio tẽperãtes: uicos aũt iflamauerũt. Cumanus ãt hæc audiẽs adduxit secũ unã equitũ alam quę uocat sebastiãoꝝ ut auxilio his qui uastabant esset: sicq; eoꝝ multos q Eleazaꝝ erãt secuti cõpręhẽdit: plures quoq; interfecit. Ad reliquã aũt multitudinẽ quæ in uastandos samaritanoꝝ fines irruerũt: principes gentis de hierosolyma cõcurrerũt: optiq; ciliciis: & aspis cinere capitibus precabantur: ut ab icepto desineret: nec ꝓp exercendã in Samaritas ultionẽ ad hierosolymæ pniciẽ romanos cõmouerẽt: miserentur aũt patrię suę atq; tẽpli filiorũq; & cõiugũ ꝓpriaꝝ: neq; oĩa pariter in discrimẽ adducerẽt. Neq; ob unius galylei uindictã cũcta dispderent. His acqescentes iudaí a negocio recesserũt. Cap.viii. Multi aũt per idem tẽpus in latrocinia cõspirabant: sicut uere solet isolentia crescere rebus quietis: per quę oẽm regionẽ agebantur rapine: & audaces quiq; relíquis uim afferebant tũc samaritaꝝ primates ad domitiũ quadratũ qui Syriã prouinciã ꝓcurabat tyrũ uenerũt uindicari de his qui regionem eoꝝ deprędati fuerint postulantes. Præsto aũt fuerant ẽt iudęoꝝ nobiles: & ionathas filius ananiæ princeps sacerdotũ abiecta diluens allegabat: inítiũ quidem tumultus samaritas fuisse: qui primi homicidiũ ꝓpetrassent: cãm tamen calamitatũ postea secutarũ prębuisse cumanũ: qui inter principia in authores cędis noluisset ulcisci: tũc quadratus utrãq; partẽ interim distulit dicẽs. Quoniã cũ ad ipsas regiones uenisset diligenter singula inqreret: deinceps uero ꝓcedens cęsariã oẽs quos cumanꝰ uinctos reliquerat in crucẽ sustulit. Inde cũ Liddã uenisset denuo audiuit samaritanoꝝ querelas & iudęoꝝ decem & octo uiros quos cognouit pugnę fuisse ptícipes securi percussit: duos aũt ex sumantiũ pontificũ sacerdotem Ionathã & ananiã ciusq; filium ananũ: & nonullos alios iudæos nobiles cæsariã destinauit: similiter autem & samaritaꝝ nobilissimoꝝ quosq;. Præcepit quoq; cumano & celeri tribuno romã nauigare redditurus claudio rationẽ pro his quę in regno gesserat. His ita compositis alidda ascendebat hierosolymam & inueniẽs multitudinem festiuitatem azimoꝝ celebrantem sine ulla conturbatione Antiochiã rediit. Romæ aũt cæsar auditis allegationibus cumani & samaritanoꝝ aderat aũt Agrippas iudæoꝝ cãm magna intentione deffendẽs: siquidem & cumanũ multi potẽtiũ ederant pronuncians aduersus samaritas tres eoꝝ nobilissimos iussit interfici. Cumanũ aũt iussit urbe discedere. Celerẽ uero tribunũ uictum hierosolymã mittens iudæis ad supplicium dedit: ut per urbem tractus capite cęderet. Post hęc Felicẽ Palantis fratrẽ destinauit ad iudęos: q & eoꝝ ꝓuinciã cũ Samaria & Galyleã & pereã curaret. Agrippam uero de Chalcide in regnũ mauis trãstulit: tradẽs ei illã quoq; ꝓuinciã quę Felicis fuisset. Erat aũt ista traconidis & Batanea & gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lysaniæ & tetrarchiã quã Varus rexerat. Cap.ix. Ipse autem per ãnos tredecim: mẽses octo: dies trigínta administratio ímperio decessit successorem regni Neronem relinquens: quẽ suadelis agrippinæ uxoris suę in imperium cooptauerat: & quidem cum legítimum haberet filium britannicum ex Messalina natum priore scilicet coniuge: & Octauiam filiam: quam ipse priuigno collocarat Neroni Susceperat autem ex agripina antoniam. Et Nero quidem quẽadmodũ per magnitudinẽ fœlicitatis: & opus abusus sit fortuna: & qualiter fratrem suũ atq; uxorem matrẽq; interfecerit. Post quos in omnes proxios ímanitatem suam conuertit: atq; ut ad ultimum per amentiam ad histrionum opera scenãq; peruenerit: quoniam scio esse & narrationem molestam tacitus prætereire melius puto. Conuertar autem ad narranda: quæ ab eo aduersus iudæos gesta sunt. Cap.x.

Minorem igitur armeniam regnãdã aristobolo dedit herodis filio. Regno aũt agrippę quatuor urbes addit cum agris ad singulas pertinẽtibus imperia scilicet regione Abella & Iuliadam: in Galylea autem Tancheam & Tyberiadam. Relíqua autem iudęæ felici procurãda dedit. Hic principem latronũ Eleazarum: qui per uigínti annos regionẽ deprædatꝰ: alios q; multos cępit: uinctosq; romã direxit: aliorũq; quos in crucẽ: sustulit latronũ: uel in cõmunione sceleris deprehensoꝝ popularium, fuit pœne inumerabi-

lis multitudo. Sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in hierosolymis oriebatur. Hi autem sicarii uocabantur. Die claro & in media ciuitate passim quosq; interficientes. Potissimum uero diebus festiuis imiscebantur uulgo: & sicas sub ueste gestãtes. His diuersos quosq; interficiebãt ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos de scelere querebantur: qua fraude extra suspitionem manebant: diuq; latuerunt. Primus igitur ab eis Ionathas pontifex interficitur. Post hunc autem quottidie plurimi cædebãtur: atq; ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem præmebat: sicut enim in medio bello per singula momenta omnes mortem operiebantur. Circũspiciebant autem eminus quosq; appropinquantes: & neq; amicis suis fidere poterant: dum tantum in mediis suspitionibus atq; custodiis nihilominus interficiebãtur. Tanta erat latrocinantiũ temeritas & ars quædam latendi. Ad hæc aũt alia ẽt malox collectio facta est cæde quidem abstinentium: sed consiliis magis impiorum: quæ pars non minus q̃ sicariorum fẹlicem urbis statum corrupit: seductores quoq; homines & circũuentores sub specie religionis nouãdis rebus studentes uulgus insanire fecerũt: nam in solitudines egrediebant ꝑmittentes deũ signa eis ostensurx libertatis. Cõtra quos Felix (uidebant qppe semina defectionis esse) mittẽs eqtes atq; pedites armatos magnã multitudinẽ interfecit. Cap. xi.

Maiore autẽ plaga iudẹos afflixit ęgyptius quidã pseudo propheta: aduenies quippe in prouinciam magnus cum esset prophetę opinionẽ sibi arrogans. xxx. ferme milia hominũ congregauit quos uana seductione deceperat: & circũducens eos de solitudine in montẽ qui uocatur oliuarũ: inde hierosolymã nitebatur abscendere: depulsoq; romanorum præsidio in populares exercere dominationẽ utebatur sane stipatoribus qui ad facinus conuenerant: præuidit sane eius impetũ felix: & occurrens cum ipsis Romanis armatis quos etiam iudẹox reliqua multitudo iuuabat iniit conflictũ. Et ęgyptius qui dem cum paucis fugit. Plurimi autẽ qui cum ipso fuerant cõprẹhensi: atq; uinculis traditi sunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. Cõpressis porro his etiam sicut in ęgro corpore: rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti multis afflictionẽ inducebant: & quasi ad libertatẽ uocabant: mortẽ aptissimam cõminantes his qui romanorum principatui obedire uoluissent: ut uel reluctantes auerterent eos qui spontaneam ferrent seruitutem. Dispersi ergo bipertitam regionẽ diripiebant quorũq; potentium domos: eosq; insuper trucidabant: inflãmabant etiã agros: ita ut desperatione eox tota iudẹa protinus impleretur. Et hẹc quidem pugna indies grauius augebatur. Alter autẽ tumultus ortus circa cẹsariam inter iudæos scilicet qui ibi p̃ mixti habitabant: & syros cõmotione facta. Hi siquidem poscebant ut eorum fieret ciuitas iudẹum eius fuisse conditorẽ dicentes: erat autẽ rex herodes. Aemuli uero conditorem quidem cõfitentur iudæum: ipsam uero ciuitatẽ fuisse gentiliũ uindicabant. Neq; enim illic statuas & fana potuisse constitui si ad iudæos eam cõditor pertinere uoluisset. Ob has ergo causas inter se populus uterq; iurgabat. Procedebat autẽ usq; ad arma cõtentio: & quottidie ad confligendum audaces quiq; partis alterutrę prosiliebant. Neq; enim iudẹox seniores cohibere tumultus gentis suę poterant: & græcis turpissimũ uidebatur a iudẹis inferiores uideri. Præstabant autem hi quidẽ diuitiis & corporũ uiribus. Græci uero auxilio militum: magna siquidẽ pars romanæ manus de Syria illo fuerat cõgregata. Et quasi cognati ad auxiliandũ parati erant syris. Prẹfecti aũt militũ curabant cõprimere tumultũ: & pugnaces quosq; cõpræhendẽtes taureis ulciscebãt: ac uinculis. Neq; tunc supplicia cõprẹhẽsorum ipedimentũ aut timorẽ reliquis inferebant: imo magis hoc ipso seditionis irritabantur argumẽtũ: tũc demum felix minaci edicto præcepit contumaces quosq; urbe discedere: non parentiũ autem imissis militibus interfecit non

paucos quox etiam substantię direptę sunt. Post hęc quoq; cum uideret seditionem manere nobiles utriusq; partis elegit: & suscepta legatione misit ad Neronẽ pro his quæ sibi cõpetere arbitrarent acturos. Successit autem ei Cestius & hos qui maxime infestabant prouinciã sollicite persecutus: latronũ plurimos compræhendit atq; interfecit.

Cap. xii. Verum successor huius Albinus nõ eodem more negotiis prẹfuit. Neq; enim fuit aliqua malignitatis species quã ille prẹterierit. Deniq; non solũ ciuibus furabatur: & diripiebat substantiam singulox: neq; solum tributox: addita mentis in cõmune gentẽ grauabat: sed etiam quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatũ cõprẹhenderunt: uel quia prioribus iudiciis in custodiis erant relicti accepta a cognatis eox pecũnia liberauit. Et is solum qui non dedisset in carceribus quasi nocentissimus remãebat. Per idem tẽpus cox quoq; qui res nouare cupiebant: in hierosolymis crescit audacia. Ex quibus sane qui erant opulenti Albinum largitiõe redimebant: ut eis tumultũ mouentibus non indignaret. pars aũt popularis quę non satis gaudebat: quiete Albini participibus iũgebatur. Vnusquisq; iprobox cohorte ꝓpria circundatus ipse quidẽ quasi princeps latronũ: & tyrannus eminebat. Stipatoribus uero suis ad direptionẽ mediocriũ abutebatur. Ita fiebat: ut hi quidẽ quox uastabantur domus tacerent. Illi aũt qui extra incõmodum stetissent metu ne similia paterentur querelis deterrebãtur: imo & officiis ambiebãt eos quos cõstabat dignos esse suppliciis. In cõmune ãt oĩum fuit itercepta fiducia. Et erat tũc multiplex dominatio: & semina captiuitatis futurę iam ab illo tẽpore spargebantur. Cum sane eiusmodi mox fuisset albinus: tamẽ succedẽs ei Cestius Florus optimũ cum per cõparationẽ sui fecit uideri. Ille siquidẽ plura occulte & cũ fraude nocuerat. Cestius uero iniquitates suas in uniuersam gentẽ tam palam quã si gloriaret exercuit. ac uelut non ad regendã prouinciã: sed ad damnatorum pœnas carnifex missus neq; rapinax ullũ morẽ nec afflictionum prętermisit. in miseriis aũt crudelissimꝰ erat: in turpibus uero impudentissimus: neq; enim quis illo amplius offẽdit fallacia ueritatẽ neq; cõmentus est callidiores nocendi uias. Huic siquidẽ uiritim illatis dispendiis lucra quarere exiguũ usum est: sed totas simul despoliauit urbes & labes populis inferebat solũ nõ uoce per totã regionẽ edicens liberum esse omnibus latrocinari dum ipse prædarum ac ciperet portionem. Deniq; ob illius auaritiam contigit totam pœne deseri regionem ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad externas prouincias cõmigrarent donec autem in Syria cestius gallus prouinciam regebat neq; ausus quispiam iudæox est aduersum florum ad eum mittere legatos. Cum uero instante azimorum solemnitate ipse Hierosolymam uenisset occurrens multitudo quę facile tricies centum milium fuit precabatur: ut gentis suę calamitatibus subueniret: & pestem illam prouinciæ florum: ut eiceret clamitabat. Qui tãtum cum sub populi ore esset: & gallo assisteret: non solum nihil mouebatur sed uoces illas etiam deridebat. Cestius tantũ compescens impetum populi & edicẽs quod deinceps placatiorẽ eis florum redderet: regressus est antiochiã. Deduxit autẽ eum usq; ad Cæsaream florus illudens mendaciis: & iudẹorum genti bellũ sedulo commiscens: quo scilicet solo iniquitates suas occultũ iri posse credebat. Pace siquidem permanente habitaturum se apud cẹsarem accusatores. Iudæis uero defectionem negociatus fuisset maiore ut quę malo abducẽdam a se esse inuidiam peccatorũ minorũ. Igit ut gens ab romano abrũperet imperio sedulo indidẽ augebat calamitates. Cap. xiii.

Per idem tps apud Neronẽ cẹsarienses uictores extitere. Decretũq; istud cõtestantes litteras attulerunt: per quæ hoc bello iudaico dabatur exordium. Duodecimo scilicet anno regni Neronis: septimo decimo autem regni Agrippæ mense maio. Ad magnitudinem aũt excitatorum de eo malox: nequaq̃ idoneas causas habuisse depræhenditur. In

Universidad de Deusto Biblioteca
FACULTAD DE TEOLOGIA

cæsaria siquidē habitantes iudæi habebāt synagogā: propeagrū cuius erat dominus gē tilis quidē cęsariensis & frequenter quidā egerant: ut ad illoꝝ ius illa possessio iungeret: multis partibus maius preciū quam res meruerat offerētes. Dominus aūt loci non solū preces eoꝝ despexisse cōtentus. Sed ad maiorē dolorē ædificauit in loco tabernas ita ut angustū eis transitū relinqueret. Primū igitur feruētiores aliqui iumentū prosilientes ędificationē uetabant. cum uero florus hos a prohibendo cohiberet: non habentes iudæoꝝ nobiles quid agerent inter quos erat Ioannes telones inflectunt floꝝ oblatione octo talentoꝝ: ut ędificationem uetaret. Ille aūt ob capiendā tantūmodo rem promittēs se cū ecta facturū accepta pecunia statim de cæsaria egressus est: abiitq; in Sebaste: seditiōi tribuens facultatē quasi qui pugnat spacium iudęoꝝ primatibus uendidisset. Sequēti autē die quę apud iudęos sabbatum est: cum plebs ad synagogā coisset seditiosus quidā cęsariensis uassamiū ante ingressum eoꝝ ponens alites immolabat. Hoc factū iudęos incoercibiliter accendit & legem suam quippe contumeliā pertulisse locū ipsum dicebant fusse pollutū. Pars autē iudæoꝝ quæ erat cōstantior atq; moderatior denuo iudicibus esse conquerēdū querebatur. Seditiosi autem & iuuentute turgentes iudæi effundebantur in litem. Stabant autem ad confligendū parati etiam cæsariensiū tumultuosiores. Ex consilio quippe directus fuerat qui pro synagogæ foribus immolaret. Sicq; continuo ex pugna cōmissa. Interueniens aūt iocundus: qui ad prohibendū erat relictus præfectus equitū. uas illud quidem quod positum fuerat iussit auferri & tumultū sedare pergebat. cum uero superatus esset præ cæsariensiū uiolentia iudęi statim libros legis rapientes secesserūt in narbata. regio quędam eoꝝ hoc nomine appellatur: direpta a cæsaria stadiis. lx. Primates aūt eoꝝ duodecim cum Ioanne in sebaste ad florum uenerunt: de his quæ acciderant conquerentes: & ut auxilio esset rogabant: q̄uis reuerentur tunc eū & de octo talentis admonentes. Ille uero illico cōprehensos eos uinciri iussit: arguēs cur leges de cæsaria auferre ausi fuissent. Pro hoc igitur apud hierosolymas grauissima iurgia nascebantur. Verumtamen adhuc indignationē suam frenabāt. Florus uero quasi ad hoc operā suam locasset: ut bellū inflammaret misit ad sacrum thesauꝝ ut inde decem & septem talēta auferrentur: quasi eam pecuniā impensę cęsaris flagitaret. Tūc uero statim inuasit populum multa confusio: concurrentes ad templū maximis uocibus nomen cæsaris appellabant: ut a tyrannide flori liberarentur: orantes. Quidam aūt seditiosoꝝ in floꝝ maledicta iacebant ultima & canistrū circunferētes stipē eius nomine postulabant: quasi inops & miserrimus talibus indigeret auxiliis. His autē omnibus nihil est a cupiditate deterritus: sed multomagis ad depredandū irritatus est. Deniq; cum debuerat cęsariā ueniens ignē belli illic nascentis extinguere: causasq; tumultuū submouere: pro quo ēt pecuniam acceperat pactus: tantū cum exercitu equitū atq; peditum hyerusalē contendit ut romanis ad quæ uolebat uteret: ac timore & minis urbē nudaret. Tūc populus lenire eius impetū uolens obuiam militibus processit: cum solitis utiq; fauoribus & floꝝ honorare officiis paratus. Ille uero pręmittens cū equitibus. L. centurionē nomine capitonē discede re eos iussit. Neq; eum in quē tam grauia maledicta iecisset: falso denuo honore deludere. Opportere quippe eos si uiri sunt fortes animisq; cōstantes etiam in prēsentē effundere contumelias: nec solū eos in uerbis: sed etiā in armis amorem libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo simul etiam equitibus: qui cum capitone uenerant: in media uulgus irruentibus diffugerunt: anteq̄ floꝝ salutarent: aut militibus officia cōsueta redderent. Discedentes igitē in domos cū metu atq; humilitate peruigilē duxere noctē. Florus ātē tūc qdē deguit in regia. Postridie ātē aduersum eos extructo tribūali sublimis resedit: cōuēictosq; sacerdotū principes & ciuitatis uniuersa nobilitas astiterūt tribūali. His

præcepit florus: ut oēs qui maledicta in eū succlamassent protinus dederent edicēs in ipsos esse: nisi eos ꝓduxerint uindicandū. Ad hæc respōdent iudęi: populū quidē pacifica quęq; sentire: illis uero qui errauissent in uerbis ueniam cōferendā postulabant. In tanta siquidē multitudine nihil esse mirandū offendi aliquos temerarios: & per ętatē insipientes: esse autē ipossibile eoꝝ qui deliquerint discrimē agitari: cū & singulos nimirū pęniteat: & per timorē ad negandū sint parati. Debere tantū illū si consuleret gentis quieti: & uellet romano imperio seruare urbē. Magis propter multos innoxios dare ueniā etiā paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos ꝓturbare multitudinem tantū bonoꝝ. Ad hæc uero ille magna indignatione inflammatus militibus exclamauit: ut foꝝ uenaliū quod erat in superiori parte diriperent: ac passim obuios trucidarent. Illi uero ad lucri sui cupiditatē addita authoritate rectoris: non solum illum diripuerunt locū in quē fuerant immissi: sed in uniuersas insilentes domos interficiebant habitatores. Fuga aūt erat per angiporta omnia & ędes eoꝝ qui cōprehendebantur: direptionis quoq; nulla species prętermittebat. Multos autem etiam nobiliū comprahendētes adduxerunt ad floꝝ: quos ille uerberibus laniatos in cruce fustulit. Deniq; omnis numerus illo interfectoꝝ die cum paruulis: & mulieribus neq; enim lactātibus pepercerāt fuit ducēti & .xxx. grauiorē aūt faciebat calamitatē uideri nouitas romāę calamitatis: q; enī nemo unq̄ prius tūc florus ausus est: ut uiros. ſ. equestris ordinis ꝓ tribūali flagellis cędere ac patibulis affigeret. Quoꝝ & si origo iudęa tñ romana dignitas erat. Cap. xiiii.

Peridem tempus rex quidē Agrippa alexādriā erat profectus: ut alexandrū qui ęgyptū procurabat: missus a nerone iure hospitis cōueniret. Germanā aūt suam beroniccm hierosolymis inuentam & iniquitatem militum uidentē grauis pro hac angor inuaserat: & frequenter quidem præfectos equitum suoꝝ: custodes corporis mittēs ad florum precabatur: ut a sede desineret. Ille uero neq; in multitudinem interfectorum: neq; in nobilitatem peccatricis: sed tantum in lucra sua: quę de rapinis congregarentur aspiciens contempsit abnuere: impetus autem militum in reginam efferatus est. Non solum quippe sub oculis eius obuios quoq; multabant: sed etiam ipsam nisi confugisset in aulam interficerent. ibi aūt peruigilem nocte cum intenta custodia egit uerens utiq; irruptionē militum. Venerat autem hierosolymam ut uota deo solueret. His enim qui morbo uel aliis necessitatibus implicantur: mos est orare per triginta dies anteq̄ immolent hostias abstinere quoq; uino & capillos radere. Quem morem beronice Regina exercuit diebus: nudipes etiā ante tribunal stetit deprecans florum: & preter quod nihil honoris habita est & etiam de uita sua periclitata est. Cap. xv. Hæc autē facta sunt sextodecimo die mensis maii. Postridie aūt conueniens multitudo in forum quod erat in superiori parte ciuitatis confluens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant querebantur. Potissimum aūt inuidiosę in floꝝ uoces erant q; ueriti primates quiq; & pontifices disruptis uestibus & uiritim singulos comprehendentes postulabant: ut ab his uerbis quoꝝ causa mala tanta pertulerant desinerent neq; in maiorem indignationē florum mouerent. Sicq; sedata est multitudo: tam reuerentia precantiū quam spe q; nequaq̄ florus ultra in eos sęuiret. Ille autem uidens multitudinē esse sedatam angebatur: & denuo eam inflammare cupiēs pontifex cum nobilibus aduocauit. itaq; unum ait argumentū fore q; nihil ulterius de nouādis rebus populus cogitaret: si obuiā procederet militibus de cęsaria uenientibus. ueniebant aūt duæ cohortes: qui cū uocasset populū ad occurrendū mandat centurionibus: ut nullā salutationē redderēt obuiātibus iudaīs: Ad quod si offensi petulāter qppiā essent locuti statī in eos uterent armis. Pōtifices ergo collectā multitudinē in tēplo precabant ut occurrerēt romanis: & ante graue incōmodū cohortes solēniter

salutarent. His hortatiõibus seditiosi quiq; abnuebãt: & ob interfectorũ dolorẽ reliqua multitudo iungebat audacibus. Tunc uero & omnis sacerdos omnesq; leuitę sacra ua sa proferẽtes: ornatũq; tẽpli: citharistę etiã & cantores cũ musicis organis procedebant ante multitudinẽ: & obnixissime precabant ut illũ tẽpli honorẽ custoditũ esse uellẽt: ne q; ad direptionẽ uasorũ sacrorũ romanos cõtumeliis incitarẽt. Erat autẽ uidere ipsos sacerdotũ principes sparsis cinere capitibus: & pectora diruptis uestibus nuda mõstrãtes nominatim singulos quosq; nobiliũ cõpellare: ac denuo in cõmune multitudinẽ precari: ne ob modicũ peccatũ patriã suam proderent his qui direptioni eius inhiarent. Quam enim utilitatẽ uel militibus esse de iudeoꝝ salutatione tribuenda? uel illis quę acciderãt correptionẽ si in presenti prodire cessassent? Ac cõtra si officiose susceperint solemniterq; uenientes, auferri Floro occasionẽ pugnę: ipsos uero saluare patriã suam & ꝓuidere, ne quid ultra quã pertulerant experirentur. His addunt quoniam paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur quo magis ad pacificũ consiliũ sua debuerint authoritate transferre. Tali hortatu multitudinẽ inflectentes: etiam ipsos seditionis authores quosdã quidẽ mi nis: quosdam aũt sui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps precedentes cũ quiete omni populo sequente militibus obuiã prodierunt. Iamq; cõminus factos salutauerunt. Illis autem nihil respondentibus seditiosi iudaeoꝝ aduersum Floꝝ: cuius hæc fierent consiliis succlamauerunt. Confestimq; milites conpræhendentes eos cędere fustibus adorti sunt: atq; in fugam uersos persequentes equites proculcabant. Corruebant aũt multi quidẽ cum a romanis cęderentur: plures autẽ cum se mutuo propellerent. In ipsis autẽ portis grauis facta est compressio: & unoquoq; alterũ preuenire cupiente, tardior fuga cũctis fiebat. Collabentiũ uero erat durus interitus. Suffocatu enim atq; conflatu miseri dispe ribant: & neq; ad sepulturã quisq; proximis suis cognoscendus remanebãt. irruebant aũt pariter milites immoderate eos quos comprehendissent cędentes: & per ingressum quæ berethã uocatur detrudebant multitudinẽ transire cupientes: ut antoniã & templũ obti nerent. Quos etiam florus consecutus eduxit de regia eos qui secũ erant: & in arcem trã sire nitebatur. Frustratus tunc est eius impetus. Conuersus quippe aduersum eos popu lus repugnauit: & per tecta euadentes obruebant saxis romanos. Qui cum superne sa gittis uincerentur uenientibus: nec possent defendere multitudinem quę per angustos arctabatur ingressus: ad reliquũ se exercitum qui erat in regia receperunt. Seditiosi au tem uerentes ne superueniens denuo florus tẽplum occuparet per antoniam ex templo ascendentes porticus ad templum per antoniam continentes interciderũt: quatenꝰ aua ritiam flori desperatione cõpescerent. Nam cũ diuinis inhiaret thesauris proq; hoc in an toniam transgredi niteretur: ubi intercisas porticus uidit: ab impetu cõquieuit. Et cõuo cans sacerdotũ principes: atq; curiã se quidẽ ait urbe digredi: præsidiũ tũc apud eos re linquere quantũ ipsi uoluissent. Ad hęc illis respõdentibꝰ nihil nouandũ fore si unã tm̃ relinqueret apud eos cohortẽ. Dum tantũ non illam quæ cum ciuibus pauloante confli xerat ob ea si quidem quæ pertulere populũ illis militibus infensum: cohorte sicut preca bantur mutata cum reliqua manu Cæsariam regressus est. Cap̃.xvi. Aliud autem denuo puguæ consilium cõminiscẽs rettulit ad Cestium: & iudęos defectiõis criminatꝰ impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quæcunq; eos pertulisse constabat. Nec sane principes hierosolymorum tacuerunt: sed & ipsi & beronice ad Cestium de his quæ iniquein urbe egerat retulerunt. Ille autem susceptis litteris partis utriusq; quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem uidebatur cũ exercitu in iudęam cęstiũ ire debere: & aut uindicare defectionem si fuisset admissa: aut magis fidos reddere iudeos: eorũq; accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquẽ de suis prędire: qui & ne

gocia & cõsilia iudæorũ possit ei fideliter nunciare. Direxit eo tribunũ Neapolitanum q ab alexandria reuertẽti agrippæ circa iamniã occurrens: uel a quo fuisset directus uel ob quas causas indicat. Quo loci iudæorũ etiam pontifices reliquiq; nobiles eorumq; curia adesse curauerant: ut regẽ circa scilicet officia nouarent. Postea uero quã congrua humanitate coluerũt cõqueśti sunt quã potuerunt flebiliter de calamitatibus propriis: & inhumanitatẽ flori explicauerũt. Quã licet argueret Agrippas tamẽ ut ducis authoritati eõpetebat inuectionem suã in iudęos transtulit: quorũ maxime miserabatur uolẽs scilicet frenare eorũ motus: ut p hoc ipsum quod uiderentur nihil passi iniurię ab ultiõis desinerent appetitu. Ad hęc ergo quicunq; egregii erant: & propter sua prædia deside rabant quietem: intelligebant regis redarguitionẽ esse plenã benignitatis. Populus au tem hierosolymoꝝ sexaginta stadiis obuius progressus officiose agrippã & neapolitanũ suscepit. Lamentabant tamen interfectos cõiuges mulieres: quarũ plangoribus reliquꝰ quoq; populus ad lamẽta conuersus precabatur agrippã ut genti consuleret. Succlama bãt etiã neapolitão: ut ingrederet urbẽ uideretq; quæ essent a floro gesta: & ita ostẽdebãt forũ quidẽ desertum domosq; uastatas. Deinceps uero per agrippã suasere neapolitano ut is cũ uno tãtum famulo usq; ad siloa totã circuiret ciuitatẽ: quatenus ipsis cognosce ret oculis iudęos quidẽ omnibus aliis parere romãis: soli autẽ floro aduersari ꝓpter ma gnitudinẽ in eos crudelitatis. Ille igitur cũ circuisset urbẽ & mansuetudinis populi suffi ciens documẽtum teneret: ascendit in tẽplum quo etiã multitudinẽ cõuocauit: & pluri mis uerbis fidẽ eorũ cum circa romanos collaudasset: multa etiã ad cõseruationẽ pacis hortatus adorauit deũ eiusq; sancta in eo tamẽ cõsistens loco in quo licebat per religio nem: ficq; regressus ad cestiũ est. Vlgus autẽ iudæoꝝ ad regẽ pontificesq; cõuersus pete bat: ut legati aduersum Florũ ad neronẽ mitterẽtur: neq; de tanta cæde tacẽtes suspitio nẽ suæ defectionis præberent: uisum ĩ quippe eos principes capiẽdorũ armoꝝ: fuisse ni fi prævenientes ostendissent illũ esse qui dedisset exordiũ. constabat autẽ multitudinem nõ esse quieturã si legationẽ aliquis impedisset. Ad hæc agrippa ordinari quidem lega tos qui floꝝ accusarẽt inuidiosum putabat: despicere aũt iudęos in bella cõmotos neq; sibi expedire cernebat. Cap.xvii. Aduocatã igitur contione in xistũ: & in sugge stu cõstituens germanã suã beronicẽ in Asameorum domo (ea siquidẽ xisto imminebat contra superiorẽ partẽ urbis: Nam xisto templũ erat ponte coniunctũ) eiusmodi oratio nem habuit. Siquidẽ non uiderẽ uos omnes ad pugnã cum romanis esse cõcitatos. neq; populi puriorẽ sincerissimãq; partẽ pacẽ uelle seruare, eq; processissem ad uos: neq; cõsu lere confisus essem: superuacua quippe de utilibus oratio quando omniũ habitatorũ cõ spirat ad deteriora consensus. Quoniam uero aliquos quidẽ ætas malorũ belli nescios facit. Quosdã uero inconsiderata spes libertatis: nonnullos uero auaritia succendit & in cõfusione rerum capiendũ de minoribus lucrum quemadmodũ ipsi ab hoc errore corri gantur: & non perpaucoꝝ improba cõsilia etiã boni dispereant, existimaui oportere: ut omnibus uobis in unum coactis ea exponerẽ quæ arbitror expedire. Perstrepet autẽ ne mo si non ea audierit quę ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionẽ irreuo cabiliter incitati: licebit etiã post meos monitus manere in pristina uoluntate. Mea autẽ etiã ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio: nisi ab omnibus uobis silentiũ præ beatur. Noui quidẽ quam multi & iniurias procurantiũ prouincias & præconia liberta tis quasi tragice prosequantur. Ego aũt anteq; discutiam qui sitis & contra quos pugnã suscipere tentetis, primũ separabo causas quas connexas putatis. Si enim uiolatores ue stros cupitis ulcisci: cur libertatẽ magna laude sustollitis? Si uero istud ipsum seruire in tolerabile ducitis superflua est aduersum rectores querela. Et illis siquidẽ uel moderatis

si me agentibus: nihilominus turpe erit seruire. Considerate aũt sigillatim & uidete quã exigua sit materia bellorũ. Et primũ quidẽ ipsa rectorũ consideranda sunt crimina. Co lere siquidẽ officiis: non exasperare oportet iurgiis potestatẽ. Cum uero modicoꝝ pecca torũ exprobationes maximas facitis: aduersum uos profecto eos: quibus infertis contu melias irritatis. Relinquẽtes quippe & qꝫ ante clãculo: & cũ quadã uerecũdia nocebãt: palam uos confidenterqꝫ populantur. Nihil ãt ita plagas coercet: ut patiẽtia: & uiolato rũ quies quę uiolantibus indicit pudorẽ. Fac autẽ eos qui a romanis in prouincias diri gant esse grauiter molestos, non tamen etiã romãi omnes uiolant uos: neqꝫ ipse cæsar aduersum quẽ pugnare uultis. Neqꝫ enĩ ex pręcepto illorũ improbus ad uos quisq; uẽit: neqꝫ possunt illi quæ in oriente geruntur positi in occidẽte conspicere. Sed neqꝫ facile ea quæ hic fiunt: illic audiũtur. Est aũt importunissimũ & propter exiguas causas tãtis: & ea de quibus querimur nesciẽtibus, uelle confligere. Et quidẽ nostroꝝ criminũ cito erit futura correctio. Neqꝫ enim unus idem prouincię semper curã tenebit: & successores eius credibile est modestiores futuros. Motũ autẽ semel bellũ neqꝫ deponere facile est absqꝫ magnis calamitatibus: neqꝫ sustinere. Libertatis uero dona sitientibus prouidendũ atqꝫ c ertãdum est: ut principio nõ ea careant. Molesta enim est nouitas seruitutis: quã ne uti qꝫ subeas, iustũ suscipi certamen uidet. Qui uero semel subiectus est: & deiceps deficit, contumax magis seruus quã amator libertatis ostendit. Tunc igitur oportuit oĩa agere ne susciperent romani cũ in ꝓuinciã Pompeius intraret. Maiores uero uestri eorũqꝫ re ges peccũia: corporibus: animis multo uobis meliores exiguę parti uirtutis Romãę ob sistere nequiuerunt: Vos autẽ qui hæreditariã obedientiã suscepistis: rebus autẽ omnib9 ab illis qui primi paruere quã longissime inferiores estis, contra omne romanũ regnum obsistere arbitramini? Et Athenienses: quidẽ qui ob greçorũ libertatẽ patriã suã quondã ignibus tradidere: qui superbissimũ illũ Xerxẽ per terrã nauigãtẽ: per mare uero ambu lantẽ: & cuius classem nõ caperet amplitudo pelagi: latiorẽ autem Europa duceret exer citum, hunc inq; cum una naue fugientẽ glorioſissime persecuti sunt. Circa paruam aũt salaminã: qui tantas opes asię confregere, nunc tamẽ seruiunt romanis: & illã regiã greciæ ciuitatẽ administrãt italię iussiones. Lacedemonii quoqꝫ post thermopylas: & plate as: & Agesilaũ asiam perscrutatũ eosdem dominos uenerantur. Macedones uero qui ad huc pœne imaginantur philippum uidere cum alexandro promittentem sibi orbis im perium, ferunt tamẽ rerũ mutatiõem: & adorãt eos ad quos fortuna migrauit. Alię quoqꝫ multę gentes ad libertatẽ fiducia subnixę: & multo maiores cesserunt tamẽ & obediũt, uos autem soli seruire dedignamini his quibus uideatis uniuersa esse subiecta. Cui mili tię? quibus confiditis armis? Vbi classis uestra quę peruagetur romanorũ maria? Vbi aũt qui expensis possint sufficere thesauri? Contra ægyptios forte aut arabas existimatis uos bellum mouere? Non circũspicitis romanorũ imperiũ? Non metimini uestrã imbe cillitatẽ? Nonne scitis uestrã ciuitatem a cõterminis gentibus frequẽter esse superatam? illorum autẽ uirtus p totum orbẽ inuicta percurrit: immo etiã hoc orbe plus aliquid quę sierũt. Neqꝫ enim sufficit eis ad orientẽ quidem totus euphrates: ad septentrionem uero Ister: neqꝫ meridietẽus solitudine libya perscrutata: neqꝫ in occidẽte gadira: sed ultra ocea num aliũ quęsierunt orbẽ. Vsqꝫ ad britannias inaccessas prius arma & exercitũ transtule runt. Quid ergo? Vos ne ditiores gallis: fortiores germanis: prudentiores greçis? Postre mo plures estis oĩbus in toto orbe degentibus? Quæ uos fiducia aduersum romanos eri gitis? Sed dicit aliquis seruire molestissimũ est. At quãto magis id greçis: qui uniuersis sub sole habitantibus uidebant prestare nobilitate: & tã latam quondã prouinciã possiden tes: tunc bis ternis fascibus romanorũ obediunt. Paribus autẽ macedones obsequuntur:

qui certe multo uobis iustius deberent libertatẽ tueri. Quid autẽ quingentæ asiæ ciuita tes? Nunquid nõ absqꝫ ullo pręsidio uni tantummõ rectori parẽt? & fascibus cõsulis obse quuntur. Quid autẽ pergam enumerare heniochos: & colchos: & taurorum gentem: bos phoranos quoqꝫ: & habitãtes circa ponti littora natiões: meoricasqꝫ gentes? Apud quas nimirũ olim neqꝫ domesticus aliquis dominus noscebat. Nunc uero militũ subiiciuntur tantũ tribus milibus: & quadraginta naues longę innauigabile prius mare in pace custo diunt. Quanta Bithynia: & capadocia: & pamphyliorũ gens: lydi quoqꝫ & cilices pro li bertate dicere ualerent? Tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autem thraces? quinqꝫ quidẽ diebus in latũ: septẽ autem in longũ cõmeabilem prouinciam possidẽtes: asperiorẽqꝫ multo quã uestra est: ac multis partibus fortiorẽ: altissimoqꝫ gelu eos qui ir ruerint retardantẽ duobus milibus romanorũ in pręsidio manentibus obsequuntur. Post hos illyrii usqꝫ ad dalmatiã: & istro tenus incolentes duabus tantũ legionibus obediũt: cum quibus & ipsi impetus cõpescunt dacorũ. Ipsi quoqꝫ dalmatæ: qui tam multa de li bertate conati sunt: sæpiusqꝫ capti: rursum cũ maioribus opidus rebellarũt, nunc sub una romanorum legione agunt quietẽ. Verumtñ si aliquos magnę causę ad defectionẽ incita re deberent: gallos potissimũ oporteret assurgere: quos uidelicet tantis munimentis natu ra cinxisset. Ab orientali quippe plaga alpiũ montibus: a septentrionali rheno flumine: a meridie pyreneis montibus: ab occidente uero oceano. Sed tali munitione gaudẽtes tre centis &. xv. gentibus nũero si fontes autẽ: ut ita dixerim: felicitatis domesticæ habẽtes: omnibusqꝫ bonis totũ pœne orbẽ irrigantes: ferunt nihilominus uectigales esse romano rum: ac fœlicitatẽ suam in eoꝝ fœlicitate reponere. Idqꝫ sane ipsum: nõ per animorũ mol litiem: nec propter ignobilitatẽ parentum: quippe octoginta annos pro libertate pugna uerunt: sed romanorũ admirati sunt: horruerunt qꝫ cũ uirtute fortunam: qua illi plura sæpe obtinuere quã bellis. Deniqꝫ sub mille &. cc. militib9 seruiũt: quib9 pœne plures hẽrant ciuitates. Neqꝫ Iberis nascẽs in agris aurũ ad gerẽda pro libertate bella sufficit. Neqꝫ tm̃ terraꝝ marisqꝫ spacia Rõanis direptæ gẽtes Lusitani: scilicet & cãtaboꝝ armænia: Nec uicinus occeanus: etiam accolis suis fragore terribilis satis fuit uincentibus romanis: sed ultra columnas herculis protulerunt arma: & ipsas nubes pyreneorum montium egressi uertices ditioni suę subdiderunt romani: atqꝫ ita pugnacibus gentibus: tantoqꝫ ut prędi xi: spatio diremptis legio in pręsidio una satis est. Quis uestrum non audiuit multitudi nem Germãorum: uirtutem quoqꝫ & magnitudines corporum ut arbitror sæpe uidistis. Siquidem ubiqꝫ romani earum gentium captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentem spatiis regionem incollentes: spiritus autem maiores corporibus gerentes: & animã qui dem contẽptricem mortis: indignationes autem uehementiores feris, nũc autem limitẽ rhenum habent: & octo romanorum legionibus domantur: & seruiunt quidem qui capti sunt: relíqua autem ueꝫ gens uniuersa salutẽ in fuga nõ in armis reponit. Cõsiderate ẽt Britãnorum muros qui Hierosolymorum cõfiditis muris. Illos siquidem circũdatos oc ceano: & pœne nõ minorem quam noster orbis est habitantes romani nauigantes rede gerũt inditionem suã: quatuorqꝫ legiones tãtæ magnitudinis insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere? cum etiã Parthi bellicosissimũ genus tantis prius populis imperã tes: & tã magnis opibus cicundati, obsides tamen mittũt romanis: estqꝫ cernere sub spe tie pacis seruientẽ in italia præcipuam orientis libertatẽ. Vniuersis quippe qui sub sole incolunt romanorũ arma uenerantibus uos soli bellũ geretis? Neqꝫ carthaginensiũ cõ siderabitis finem: qui magno illo Hannibile gloriantes & ex nobili phœnicum stirpe uenientes tamen sub Scipionis dextera corruerunt. Sed neqꝫ cirenęi lacedemone oriun di: neqꝫ marmaridarũ genus usqꝫ ad dipsadẽ protentũ: neqꝫ terribiles etiam audiẽtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſyrtes:Naſamones quoq;:& mauri:& innumerabilis multitudo nomadũ uirtutes impe diere romanas.Sed tertiã partẽ orbis terrarum:cuius neq; numerare quidẽ natiões faci le eſt:quę.ſ. atlantico mari & columnis Herculis uſq; ad rubrum mare infinitos nume ro & locis ęthiopes continet:totã tamẽ ſuſceperunt armis:& pręter fruges annuas qui bus romanã multitudinẽ octo menſibus paſcũt, alia quoq; uectigalia pendunt. Expen ſas quoq; deuotiſſimi imperio miniſtrant.Nihil de his quæ iubentur: ſicut uos cõtume lioſum putantes.Equidẽ una cum illis tantũ legio cõmoratur.Sed quid opus eſt longe petitis exemplis potentiã explicare romanã:cum eam poſſitis de uicina uobis ægypto diligẽter inſpicere . Hæc enim cum uſq; ad æthiopas porrigatur:opulentãq; arabiam: contigua quoq; ſit indię: quinquaginta & ſeptingenta centena millia incolarũ habens pręter alexandrinorum plebem, tñ uectigalia quorum magnitudinẽ de cenſu ſingulo capitum ęſtimari licet:deuotiſſime penditans, romanũ non dedignatur imperiũ.Et cer te quã magnũ ſtimulũ defectionis habẽs:alexandriãſcilicet multitudine & diuitiis abũ dantem : magnitudine quoque non imparem. Habet ſiquidem in longitudine ſtadia xxx.in latitudine uero nõ minus quam decem: tributorum uero multo amplius p men ſes ſingulos infert:quam uos toto anno penditis:& pręter pecuniam.iiii. menſiũ roma nę plębi annonam miniſtrat.Munitur autẽ undiq; aut incommeabili ſolitudine:aut im portuoſo mari:aut fluminibus:aut ſiluoſis paludibus:quorũ tamen omniũ nihil roma na fortuna fortius fuit.Duæ etiã legiones ciuitati inſidentes profundã ægyptum cũ illa macedonum nobilitate frenant.Quos igit̃ in bella de ſolitudinibus aliquibus ſocios aſ ſumetis:Siquidẽ omnes qui in orbe habitabili degũt romani ſunt.niſi forte quis uestrũ ſpes ſuas ultra Euphratẽ porriget:& Adiabenorũ regionẽ gentiles ſuos ęſtimet adiuto res.Porro necilli proprer irrationabilem cauſam tanto ſe bello implicabunt:nec ſi tam probroſo operi aſſenſum dabunt, parthus tamẽ ſineret. Eſt ſiquidem ei cura tuendę cũ Romanis amicitiæ : & Arbitrabitur fœdus eſſe temeratum ſi quis de his qui ſubiecti ſunt eiꝰ imperio aduerſum romanos in bello procedat. Supereſt ad diuinum confugiat auxilium.Verum & hoc apud Romanos.Sine deo quippe impoſſibile eſſet imperium tale conſiſtere.Conſiderate autem quemadmodũ hæc ipſa erga ipſam religionẽ immo derationeetiam ſi cũ longe inferioribus bellum geratis:tamen ad diſpenſandum ſit uobis difficillima:atq; eadem trãſgrediendo offendatis deũ:per quę eum auxiliaturũ putatis. Si enim ſeruetis ſabbatorũ conſuetudinem:& ad nullũ actũ moueamini, facile ꝓfecto capiemini.Sic quippe etiã maiores ueſtri experti ſunt hos dies,Pompeio ad bellũ deſti nante:in quibus ſcilicet hi qui oppugnabant otia gerebant. Tranſgredientes autem in bello legem patriã neſcio propter quid in reliquũ dimicetis. Vna ſiquidem nunc uobis intentio eſt:ne quid de patria inſtitutione ſoluatur.Quemadmodũ autem aduocabitis ad adiutorium deum, ſi cultũ indebitum ſponte uioletis:Aſſumũt autem ſinguli quiq; bellũ uel diuinæ uirtuti:uel humanis opibus cõfidẽtes.Cum uero utraq; hęc quantũ ad ipſam pertinet cõſequentiam deſerunt, in manifeſtam utiq; captiuitatẽ uolẽtes pugna re proſiliũt.Quid autẽ prohibet propriis manibus filios ueſtros coniugeſq; laniare : & pulcherrimã inflammare patriã.Erumpẽtes ſiquidẽ i furorem lucrabimini uel ignomi niam ſuperatorũ.Bonum eſt o amice bonũ eſt: cum adhuc ſtat nauis in portu pręcaue re tempeſtatem futurã:& non eo tempore quo in medias irrueris procellas nequiq̃ tre pidare.His ſiquidem qui in improuiſa mala inciderint ſupereſt:ut indigni uel miſeratio ne uideantur : qui uero ſe in apertũ diſcrimen iniecerit etiã exprobratiõibus onerentur. Niſi forte aliquis ueſtrum ęſtimet ſecundũ pacta:cõflictum ire:romanos autem poſtq̃ uicerint mediocriter uobiſcum acturos:& non in exemplo aliarũ gentium ſacram hanc

urbem inflammaturos:interfecturos aũt uniuerſum ueſtrũ genus.Neq; enim qui ſuper fueritis armis uſq̃ locum fugę habebitis:uniuerſis.ſ.gentibus: uel iam habentibus ro manos dominos:uel habere metuẽtibus.Periculũ aũt non ſolum in uos manebit: ſed ẽt in reliquis ciuitatibus habitantes iudęos.Neq; enim eſt in toto orbe populus:in quo nõ ueſtra portio ſit: quos certe omnes uobis rebellantibus cæde crudeliſſima diuerſi quiq; conficient:& propter paucoꝝ uirorum praua conſilia: uniuerſæ urbes iudaico ſanguine redundabunt.Manet aũt uenia eos qui talia patrauerunt:q; ſint nimiꝝ ueſtro uitio con gregati . Si uero eadẽ exequi ſupſederint, conſiderate quã impiũ ſit aduerſum tam beni gnos arma mouiſſe.Subeat aũt uos miſeratio:& ſi non filiorꝝ ueſtrorũ atq; coniugum, ſaltem iſtius ciuitatis:quę mater urbiũ ueſtræ regionis uocat . Parcite mœnibus ſacris: parcite uenerabilibus adytis:templumq; uobis & ſancta ſanctoꝝ ſeruate.Neq; enim ul tra uictores romani his abſtinebunt: quibus primo parcentes nullã receperunt gratiã. Proteſtor autẽ ego quidẽ ſancta ueſtra:ſacroſq; angelos dei: patriamq; cõmunem quo niam:nihil eorum conſiliorũ quæ uobis uiderim expedire ſubtraxerim:uos autem decer nentes:quę oportet mecũ in pace degetis.Si uero ꝓtuleritis iras abſq; me periculis ſub demini.His dictis aſtãte etiam ſorore lachrymauit: & multam partem de eorum impe tu lachrymis infregit.Succlamabant autẽ non ſe aduerſum romanos:ſed aduerſum Flo rum:ob ea quę pertuliſſent, pugnã gerere.Ad quos rex agrippa. Sed opera ueſtra inqt talia ſunt:qualia aduerſum romanos pugnantiũ.Neq; enim Cęſari uectigal dediſtis:& antonianas porticus incendiſtis.Sopietis autem cauſam defectionis: ſi & porticus de nuo cõſtruatis:& tributa reddere maturetis.Neq; enim Flori hoc preſidium eſt:aut pe cuniam floro dabitis.His conſultis populus acquieuit:& cum rege ac Berenice aſcen dentes in templũ porticus ædificare adorti ſunt.Per uicos & regiones principes decurio neſq; diſperſi uectigal colligebant:celeriterq; quadraginta talenta(tantum enim erat reliquum)redacta ſunt.Et belli quidẽ imminentes minas eo tunc tẽpore agrippas cõ peſcuit.Deinceps uero perſuadere populo tentabat:ut parerent floro:donec ſucceſſor ei a Cęſare mitteretur . Ad quam orationẽ multitudo accẽſa nec a uerborũ in regẽ contu meliis temperauit:ſed protinus eum urbe pepulerũt:auſiq; ſunt nonnulli ſeditioſorũ ẽt ſaxa in eum iacere.Rex autẽ uidens tumultuantiũ irreuocabilem impetum: & conque rentem q; contumeliis eẽt affectus, principes quidem eorũ una cum aliis potẽtibus mi ſit ad florum cęſariam:ut ipſe ex eis eligeret qui de tota regione uectigal exigerent.Ipſe uero diſceſſit in regnum.Cap.xviii. Per idem tempus quidã eorum: qui bellũ maxi me mouebant, congregati irruebãt in quoddã caſtellũ:quod uocabatur Maſada:& oc culte eo peruaſo: romanos oẽs interfecerunt.Alios autẽ de ſuis poſuerunt cuſtodes . In templo quoq; hieroſolymorũ Eleazarus quidã filius Ananię pontificis iuuenis audaciſ ſimus dux illo tempore militũ perſuaſit his qui ſacrificiis miniſtrabant: ut nullius mu nus aut hoſtia qui non eſſet de iudęorũ gente ſuſciperetur . Id autem erat romani belli ſemen atq; materia.Reiecit ſiquidẽ hoſtias Cęſaris:quę pro romano populo offerri ſoli tę erant.plurimum autẽ ſuper hoc pontificibus:aliiſq; nobilibus deprecatis ut nõ prętę rirent eum morem:quo ſupplicabatur pro regibus, nihil tamen acquieuerũt : non parũ qdem & ſuę multitudini confidentes. Robur ſiqdem omne res nouare cupientiũ eorũ uolũtates iuuabat:maxime aũt aſpiciebant ad Eleazarũ : qui per idem tempus ut dixi: princeps erat.Conuenientes igitur potentes quiq; cũ pontificibus:& phariſęoꝝ nobiliſ ſimis:& uidentes q̃ grauibus malis pergerent ſubiicere ciuitatẽ, decreuerunt ſeditioſoꝝ animos experiri:& ante portã quæ ærea uocat, contionẽ aduocantes(erat autẽ in inte riori parte templi poſita quę reſpicit ad ſolis exortum)ac primo qdem multa de temera

ria eorũ defectione cõquesti:& q; tam breuiter bellũ patrię cõmouerent: Deinceps irra
tionabilitatem causæ ipsius arguebant dicentes: maiores quidẽ eorum ornasse templũ
ex magna parte de muneribus gentiũ:semperq; eorum qui foris essent populorũ mune
ra suscepisse:& nõ solum nõ prohibuisse aliquorũ hostias(id siquidem esse impiissimũ)
sed etiã eas quę uiserentur permanerentq; ad præsens usq; tempus oblationes eorum in
templi cultibus collocasse. At nunc eos qui romana arma irritarent:& desponderent eo
rum bella nouum statuere morẽ religionis:atq; cũ periculis etiã ream facere ciuitatẽ im
pietatis uideri:siquidem ea sit:in qua prẽter solos iudęos nullus alter immolet externus:
neq; ad orandũ sinatur accedere. Et siquidẽ circa unius alicuius priuati personã lex ferre
tur eiusmodi, possit nimirũ iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autẽ despiciuntur ro
mani:& iudicatur Cęsar prophanus. Vnde uerendũ est:ne qui immolandas pro illis ho
stias repellunt, ipsi in reliquũ etiam pro se sacrificia prohibeantur offerre. Fiatq; uere ex
tra principatum ciuitas:nisi celerius resipiscentes reddiderint hostias: ac priusq; ad eos:
in quorum contumelia idem tentatũ est, huius ausus fama perueniat. simul autem ista
dicentes producebãt in medio scientissimos morũ paternoꝝ:sacerdotes quosq; narratu
ros quomodo omnes eorũ maiores exterarũ gentiũ semper sacrificia suscepissent. Atten
debat autẽ nemo res nouare cupientiũ his quę dicebantur: sed procedebãt in medio al
taris ministri ut belli materiam prępararent. Videntes igitur nobiles quiq; seditionem
eo iam processisse:ut eorum non possit authoritate compesci:& romanorũ armorũ peri
culum se primos esse mansuros, inquantũ poterant cõsulentes amoliri causas parabãt:
& legatos quidẽ ad florum miserunt quorũ erat princeps filius ethei Symon:alios aũt
ad agrippã: inter quos nobilissimi Scylus & Antippas & Costobarus erant qui etiam
regẽ propinquitate tangebant. Precabantᵉ aũt utrũq; ut cum exercitu ascenderent in ci
uitatem:& seditionem opprimerẽt priusq; ea intolerabilis fieret. Et floro quidẽ malum
istud quasi bonus nuntius fuit:uolẽsq; inflãmare bellum nihil respondit legatis. Agrip
pas aũt piter utrisq; parcens. s. deficiẽtibus uel iis:aduersũ quos bellũ mouebatᵉ:uolẽsq;
& romanis cõseruare iudęos:& iudęi templũ atq; patriam: ad hęc autẽ nec sibi condu
cere talem conturbationẽ sciẽs misit in auxiliũ equites duo milia. Cũ his autẽ erat præ
fectus equitũ darius:dux uero agminis iachimus Philippi. His uero uenientibus opti
mates quiq; cum pontificibus: & omni multitudine quę optabat quietẽ superiorem oc
cupabant ciuitatẽ. inferiorem siquidẽ & tẽplum seditiosoꝝ manus tenebat. Missilibus
igitur & fundis indesinentibus utebantur & cõtinua erat emissio sagittarũ ex utraq;. s.
parte. Erat autẽ quando ex insidiis procurrentes cõminus dimicabant. Præstabant aũt
audacia quidẽ seditiosi:belli uero scientia regii pollebãt. Et his quidẽ erat propositũ ma
xime templũ obtinere:prophanatoresq; eius expellere. Seditiosis uero qui cum Eleaza
ro agebant ut præter ea quę obtinebant etiã superiorem inuaderent urbem. Per septem
igitur dies grauis utriusq; partis cędes fiebat:& neutri de eo loco quẽ tenuerant depella
bantur. Deinceps uero aduenięte ea festiuitate quę Xillophorias dicitᵉ:in qua mos est
omnibus grandẽ liguorum materiam cõuehere ad templũ: quatenus nunq̃ ignis defi
ciat esca. semper enim inextinguibilis perseuerat: quosdam quidẽ cura religionis exclu
sit. inter infirmiorem autẽ uulgũ multi irrumpentes sicariorũ (sic enim uocãt latrones
gladios in finibus gerentes) audacissime utebantur opere quod adorti erant. Regii aũt
audacia & multitudine uincebantur. Ita superiore ciuitate cesserũt: cũ isti protinus irru
entes Ananię pontificis domũ:& Agrippę ac Berenices palatiũ inflammauerũt. postq̃
ignem archiuo intulerũt uolentes omnia creditorũ documenta disperdere:ne esset unde
ratio creditę pecunię pateret:atq; omnis ad eos debitorũ se iungeret multitudo: & ad

uersum locupletes quasi metu libertatis haberent insurgendi liberã facultatẽ. Fugienti
bus ergo chartaꝝ publicarum custodibus ignem ędibus iniecerunt: atq; ita succensis
ciuitatis neruis hostibus irruebant. Quo loco pontificum atq; nobilium quidam in
cloacis quidem latuerunt:quidã uero cum regiis in superiorẽ regiam confugerunt:por
tas celeriter obstruentes. Inter quos Ananias pontifex:& Ezechias frater eius erant: &
illi quos apud Agrippã usos legatione diximus. Tunc ergo uictoria quidẽ & inflamma
tione contenti cessauerunt. Cap. xix. Postridie autẽ. xv. scilicet die augusti mensis fe
cerunt impetũ in antoniã:& oẽs in eo præsidio agentes per biduũ obsessos cęperũt atq;
interfecerunt:præsidiũq; incenderet. Postea uero transierũt in regiam:ad quã confugere
Agrippę milites:& in. iiii. partes agmen suũ diuidentes muros moliebantᵉ. Eoꝝ uero q
intus erant erumpere nullus audebat propter multitudinẽ oppugnantiũ. Distribuunt
autẽ propugnacula:& turres subeuntes interficiebant:& frequenter quidẽ latrones sub
muris cadebant. Nec die autẽ conflictus:nec nocte cessabat:seditiosis uidelicet ęstimã
tibus in desperationẽ cogi eos qui in præsidio erant propter inopiã uictus:regiisuero cre
dentibus oppugnatores suos cessuros labori. In his autẽ erat Manaimus unus de filiis
iudę galylęę callidissimus rhetor:qui etiam quondã sub Cyrino exprobrauerat iudæis:
quoniam post deũ subiicerentur romanis. Is ergo assumptis quibusdã nobiliũ perrexit
in Masada ubi armamẽtarium Herodis erat. Eoq; perrapto populares aliosq; latrones
diligenter armauit. Hisq; utens stipatoribus ueluti rex Hierosolymã reuertitur:factusq;
princeps seditionis oppugnationẽ disponebat. Machinamẽtoꝝ autẽ inopia erat:& nec
poterat palam suffodere muros:superne hostibus tela iacẽtibus. Funiculũ igitur longe
ceptum sub unã turrim agentes suspenderunt cũ materię subiecta:ac postea in sustinẽ
tia ligna ignem immittens agressi sunt. Sicq; subiicibus exustis turris quidẽ ex templo
emota est. Alter autẽ murus intus ædificatus apparuit. Regii quippe molitiones eorum
præsentientes foreetiã de concussione turris, alium sibi murũ celerius ędificauerunt. In
ter hoc autẽ hi quidem qui oppugnabant & statim se uictores credebant cum uidissent
alium murũ stupore defecti sunt:regii tamen ad Manaimũ aliosq; seditionis principes
mittebant:precantes ut eis descendere liceret:idem regiis eiusq; reliquis. Quod cũ Ma
naimus annuisset protinus discesserunt. Romanos autẽ qui soli relicti erant grandis ani
mi:occupauit defectus. Neq; enim ui contra tantã multitudinẽ pares erant: & precari
ut exire liceret ignominiã iudicabant:quamq̃ & si tribuereᵗ nequaquã tutum putabãt.
Derelinquentes igitur inferiorẽ locũ qui Stratopedon uocabatur quippe quasi capi faci
les in turres regias cõfugerunt:quarũ una appellabatur Hippicos:alia phaselus: tertia
Mariannes. Hi uero qui cũ Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus mili
tes fugerant si quos eorum cõprehenderunt trucidantes omnẽ reliquũ apparatũ diripi
entes Stratopedũ incenderũt. Hæc igitᵉ acta sunt sexto die mensis septembris. Cap. xx.

Sequenti autem die pontifex Ananias circa Euripos regiæ domui latẽs capitur:& a
latronibus interficitur cũ Ezechia fratre. Circũsedentes autem turres seditiosi custodie
bant ne quis militũ posset effugere. Manaimũ autẽ & munitorũ locorum destructio:&
pontificis Ananię mors in crudelitatẽ erexit:& neminẽ parem sibi in negociis arbitrãs
intolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autẽ duo de sociis eleazari & mutuo collocu
ti:quia non deceret a romanis desiderio libertatis recedentes eandẽ populari suo prode
re:dominũq; ferre:& si non uiolentũ:tamen seipsis humiliorẽ. Nam si oporteat cunctis
aliquem præesse:quẽuis magis alium quã illum deceret. Atq; ita pacti adoriũtur eum
in templo. Sobarus enim adoraturus accesserat regali habitu indutus: & studiosos sui
in armis habebat. cum igitur hi qui circa Eleazarum erant in illũ prosiluissent:reliquus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uero populus rapiens saxa interfecit sophistā:estimantes quoniā:illo peremptо tota se ditio soluеretur.Paululū autē stipatores manaimi resistentes postquā uiderunt totā ad uersum se multitudinē irruere quiq; quo potuit diffugere & cædes quidē eorum qui cōprehensi sunt:pscrutatio autem latentiū sequebatur: pauciq; ex eis latentes in Masadā perfugerunt.cum quibus & Eleazarus filius Arri propinquus genere manaimo . Qui postea etiā in masadā tyrannidem egit.Ipsum autem Manaimū cum confugisset in lo cum qui atlans uocatur:atq; illic humiliter delitescеret capientes extraxerunt in publi cum:multisq; supplicіis affligentes interfecerūt.Similiter autem sub eo agentes princi pes prēcipuumq; tyrannidis adiutorem eius absalomō nomine.Et populus quidē sicut dixi in his adiutor fuit:suspicans aliquā totius seditionis correctionē futurā.Hi uero nō ad cōprimendam pugnā: sed ut cum maiori licētia bellum agerent interfecerūt manai mum.Deniq; cum populus multū precaretur ut oppugnationē militum relaxarent, ue hementius insistebant doneculterius resistere nō ualentes, Inutilius.s. (Hic enim erat romanorū prēfect9)& reliqui mittunt ad Eleazarum dicētes:ut solas eorum pacisceret animas:arma autē & reliqua quę haberent ipsis tradentibus sumerent.Qui precationē illico rapientes remittūt ad eos Curionē nitodemi filium & Ananiam seduci:& iudam lius:sed quādiu rōani arma retiebāt, nēo aduersus eos seditiosoꝝ fraudis aliqd molit9ē. Postea uero quā secundum pactiones omnes scura gladiosq; posuerunt:neq; quicquam ulterius suspicantes descenderunt, facto in eos impetu stipatores Eleazari comprēhen sos trucidabant:neq; resistentes neq; supplicantes:solas autem pactiones & iuramenta quę dederant inclamantes.Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt prater Inutilium. Hunc enim deprecantem & usq; ad circūcisionē iudaizare se promittentē tantūmodo seruauerunt.Detrimentū autē romanis quidem erat leue de potētia siquidē amplissima pauci fuerunt interempti:iudæorū autem captiuitatis illud exitum probat . Videntes aūt graues iam stare causas belloꝝ, urbem autē tali facinore fuisse respersam:ex quo ni mirum diuina idignatio imminebat etiā si a romanis nulla ultio timeretur , lugebant publice:& iustitia ciuitatis pmebatur.unusquisq; autē mediocrium quasi pro seditiosis causas redditurus turbabatur.Siquidē sabbato illā cædem cōtigerat perpetrari in quo s.die propter religionē a sanctis quoq; operibus agunt quietē.Eodem aūt die:eademq; horā quasi ex aliqua cœlesti prouidentia cæsarienses quoq; iudæos apud se habitantes trucidauerunt:ita ut uno tempore super.xx.milia hominū cęderētur:& cunctis iudæis uacuata cęsarea remaneret.nam & eos qui effugerant cōprahendens florus uinctos in arenam deduxit. Cap.xxi. Post cęsariensium uero plagam tota gens efferata est. Diuisiq; iudęi syrorū uicos eisq; continentes rurales protinus uastauerunt: iidem Phila delphiam & Gebdeonitē & Gerasam & pellam & Scythopolim.Deinceps uero irruе runt in Gadara & Ioppem & Gauarnitidē.& alia quidē subruentes loca:alia uero inflā mantes etiā in Cadasam tyriorū & ptolomaidam : Gabam quoq; Cæsariamq; tende bant.Obstitit autē eorum incursui:neq; Sebaste:neq; Ascalon:sed his quoq; inflamma tis Anthedona & Gazaram euerterunt.Multa autem circa fines harum ciuitatum diri piebantur:uici scilicet & agri eorū qui capiebantur . uirorū immensa cędes fiebat:neq; tamen syrii minorē numero multitudinem de iudęorū uastabant:sed etiā eos qui in ci uitatibus erant comprēhensos disperdebāt:non solum ob uetus odium: sed ut & diseri men imminens prēuenirent . Grauis ergo cōturbatio totā syriam peruaserat:& omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus:unaq; alterutris salus erat: si anticipassent alte ros cæde facienda.& dies quidē ducebātur in sanguine. noctes autē molestiores formi

do faciebat.nam licet uiderentur āmoliri iudęos : tamen etiā de aliis gentibus iudaizan tes cogebātur habere suspectos:& per hoc ipsum quod in eis uidebatur ambiguū: neq; temere eos placebat interfici & rursus per ipsam religionis cōmixtionem quasi penitus externos timebant: prouocabant aūt ad cędes diuersorum etiam illos qui prius fuerāt mansueti auaritia si quidem substantias casorum passi diripiebant & quasi uictores eo rum prædam quos trucidauerant in domos alias transferebāt Gloriosior autē erat qui plura collegisset:quasi scilicet plures uirtute superasset.Erat autem cernere ciuitates ple nas cadaueribus insepultis & inhūatos passim iacere cum paruulis senes. fœminas aūt neq; uerecundia contectas: & omnis quidē prouincia plena erat inenarrabilium cala mitatū.maior aūt his metus audendorū maloꝝ ipsis quę acta erāt facinoribus immine bat : & hactenus quidē iudæis aduersum alienigenas cōflictus erat. Incurrentes aūt in scythopoleos fines etiam iudæos:qui illic habitabant:experti sunt hostes. Hi enim cū scythopolitis conspirassent:& cōsanguinitatē utilitati propriæ postponentes aduersum iudęos cum gentilibus dimicabant:suspecta tamē eorum ipsa belli fuit auiditas . Deni q; scythopolitæ ueriti ne ciuitatē noctu adirent:& magna sua calamitate ciuibus excusa rent defectionem, dixerunt eis:ut si uelint in eos firmare consensum & circa alienigenas ostendere fidem:transirent cum omnibus famulis suis in proximæ locum paludis.Qui bus quę fuerant iussa sine suspitione facientibus diebus quidem secutis duobus quieue runt scythopolitę. Tertia uero nocte explorantes alios incautos alios uero dormientes inuadunt:subitoq; omnes interfecerūt qui fuerunt.xiii.milia . Postq; eorum substantiā cunctam diripuerunt . Cap.xxii. Dignum autē etiam uidetur Symonis interitum enarrare. Hic enim sauli cuiusdā nō ignobilis uiri filius erat . Fortitudine quoq; corpo ris & audacia animi insignissimus:qbus utrisq; ad incommoda suę gentis abusus mul tos siquidem iudęorū appropinquantes scythopolim cotidie obtruncabat:& frequen ter integros cuneos fudit:ita ut totius aciei mora & momentū solus existeret. Compræ hendit aūt eum digna ciuili interfectione pœna.Nam cum scythopolitę circunfusi eēnt iudęis:& in paludem præcipites agerent educens Symon gladiū in nullū qdem hostiū impetum fecit.Nihil se qdem in tanta multitudine promoturū uidebat.Exclamans au tem miserabiliter digna inqt scythopolitę his quæ gessi patior: qppe qui tam multa cę de ciuium meorū benignitati erga uos nostrę fidei feci. Digne enim nobis extera gens infida est:qui in nostrum genus tanta impietate delinquimus.Morior ergo quasi ppha nus propriis māibus:neq; enim dignū est hostibus subiacere.Iste autē ipse finis:& mihi sceleris digna pœna:& aut uirtutis idoneū decus erit:ut nemo.s.hostium de meo iteritu glorieť:neq; insultet cadenti.Hęc dicens miserātibus simul ac furentibus oculis circun spicit omnem familiam suā . Erant autē & uxor & filii & prouecti in senectutem paren tes . Ille qdem patrem trahens cæsarie & eū superstans ense penetrauit:post quem non sane inuitā matrē interfecit.Super hos aūt coniugi & filiis intulit ferrū singulis fane ho rum pene occurrentibus gladio & hostes pūenire cupientibus. Cū uero oēm suam ne cessitudinem trucidasset cęsis superstans extendit dexterā:ut neminē posset latere:& to tū in uiscera sua ensem demersit . Dignus qdem miseratione iuuenis propter robur cor poris atq; animi firmitatem.Cęterū quantū ad fidem quam alienigenis prestitit digno fine consumptus . Ad cędē aūt quę in scythopoli facta est, reliquę quoq; urbes iudæis apud se habitantibus irruebāt : & duo milia qngentos ascalonite : ptolomais aūt duo milia interficit.Vinxerunt quoq; non paucos Tyrii:multos qdem trucidauerunt:plures autem uinctos custodibus tradidere.Hippinei quoq; & Gaddiri similiter audacissimos qdem amoliebantur:terribiles autem sollicite obseruabant.Reliquę qooq; urbes aduer

sum iudæos singulę:& ,put habebant plus uel timoris uel odii mouebantur:soli aũt an tiocheini & sidonii & apamei suis cohitatoribus pepercerunt:& neq; interfecere quemq; iudæorum neq; uinculis tradiderunt.Forte autẽ & propter multitudinẽ suam despexe runt:eorum si qui motus fuissent:mihi autem uidẽtur magis erga eos miseratione moti quos utiq; nihil moliri uidebant.Gerraseni autẽ neq; in eos qui apud se remanere dele gerunt quicq; gesserunt mali:& egredientes usq; ad fines suos deduxerunt. Cap.xxiii.

Excitata est aũt etiam in regno agrippæ aduersum iudæos pernicies.Ipse siquidem perrexerat ad cestiũ gallum antiochiã:relicto sup negocia sua quodã ex sociis noie Va ro issemo qui regi genere erat propinquus.Venerunt ad eũ de Batanea regione septua ginta numero uiri & nobilitate & prudentia ciuiũ suorũ pstantissimi poscendi prędidii gratia:ut si q scilicet apud eos quoq; motus fierẽt, haberent idoneã custodiam:per quã possent insurgẽtes quosq; cõprimere.Hos uarus quosdam armatos de regiis prędittẽs interfecit in itinere oẽs.Ausus autẽ est talefacinus propter consiliũ Agrippę & propter nimiam auaritiam impie in gentiles suos agere nõ recusans regnũ omne corrupit:perse uerans.s.post talẽ principatum in totũ genus exercere iniquitatẽ.Dõec discussis Agrip pa rebus aĩaduertere quidẽ in uarum ueritus est propter propinquitatem issemi.Procu randa tamen eũ regione summouit. Seditiosi aũt comprahendentes prędidiũ:quod ap pellatur cyptus imminens finibus hiericunthæ custodes uero quidem interfecerũt: mu nimenta autem destruxerunt. Cap.xxiiii. Per eosdem dies etiã in macherunte mul titudo iudęorum persuadebat in prædidio relictis romanis deserere castellum eisq; trade re.Illi autẽ q; rogabãtur cogi metuentes pacti sunt cum eis discessionem suã & accipiẽ tes fidem tradunt prędidiũ quod diligenter coeperũt macherunte custodiis optinere.In Alexandria autẽ semper quidẽ erat incolis aduersum iudęos sedítio.Iam ab illo tempo re:ex quo strennuus Alexander cõtra Aegyptios usus iudęis prędiũ societatis tradidit eis:& habitandi apud Alexandriam facultatẽ & ius urbis ęquale cũ gentibus . perma nebat autẽ eis honor iste apud successores quoq; Alexandri.Deniq; & in parte ciuitatis locum eis propriũ deputauerũt: quatenus haberent cõuersationẽ per omnia mundiorẽ a cõmunione.s.gentium sequestratã prędtiteruntq; eis ut etiã macedones appellarẽtur. Deinceps uero cum in possessionẽ Romanoꝝ ægyptus uenisset:neq; Cęsar primus:ne q; post eum quispiam honores quos Alexãder iudęis decreuerat minuit.conflictus aũt eorum aduersus grecos pœne continuus erat:& ducibus multis quotidie ab utraq; par te lucrum reuehentibus seditio accendebatur. cap.xxv. Tunc uero cũ apud alios turbata res esset:illic magis exarsit tumultus . Nam cũ Alexandrini in cõcionẽ uenis sent ut ordinarẽt pro certis negociis largitionẽ ad Neronem ferendam cõcurrere in am phiteatrũ permixti grecis plurimi iudęoꝝ . Quos cum uidissent ęmuli extẽplo clama re cœperunt:iudęos hostes:& exploratores esse ac deinceps insilientes intulerunt eisdẽ manus:& reliqui quidẽ fugiẽtes dissipati sunt:tres ex his uiros comprehendentes trahe bant quasi uiuos incẽsuri.commota est aũt omnis terra iudęorum ad ultionẽ ferendã: & primũ quidem in grecos saxa iaciebant.postea etiã uero facibus raptis in amphitea trum impetũ fecerunt:cõminantes q; in ipso loco tantũ simul populum cõcremarẽt & pene minas implessent rebus:nisi iras eorũ compressisset Tyberius alexander princeps ciuitatis.Nec tamen ipse coercendi principiũ ab armis sumpsit:sed nobiles eorum quos q; summittens hortabatur ut desinerẽt:neq; aduersum se militiã romanam cõmouerẽt . Seditiosi autẽ benignã deprecationẽ ridẽtes Tyberiũ cõtumeliis impetebant.Qui post q̃ uidit absq; calamitate tumultuosos nõ posse cõpesci,immisit in eos duas romanoꝝ le giones:quę in ciuitate erant.Cum his alios quinq; milia equites casu ad iudęorum inte

ritũ de libya uenientes:prędepitq; ut non solũ interficerẽt:sed etiã substantias eorũ diri perent domosq; inflãmarent.Qui protinus cõcurrentes in locum qui uocatur delta:illo quippe erat iudæorũ multitudo collecta exequebantur strennue iussiones:nec sane sine cruenta uictoria.Collecti qppe in unum iudæi & eos qui de suis optime armati erant an te reliquã multitudinem statuẽtes aliquãdiu restiterunt. Postquã uero in fugã inclinati sunt:passim trucidabantur:& erat eoꝝ grandis iteritus.Tũ quę sibi mãdata fucrãt exe quũtur.Conglobati enim iudęi his quos melius armatos habebãt in fronte positis ali quãdiu quidem restiterunt.Semel infugam uersi mactabantur: nec unius exitii modus eum alii sub duo atq; in cãpo deprehenderentur:in ędes autẽ alii concluderentur:& eas quoq; incenderent romani una etiã diripiẽdo quæ in his reperissent:neq; illos aut infanti um misericordia aut reuerẽtia senectutis moueret:sed in omnes ætates pari cęde sęuirẽt. Vnde totus quidẽ ille locus sanguine redũdabat.Quinq; uero cõgesta sunt milia mor tuoꝝ:nec tamẽ saltem reliquiæ remãsissent:nisi ad preces se cõtulissent:eorũq; miserius Alexãder romanos iussisset abscedere.Sed illi quidẽ quibus erat consuetum obedire ꝑce ptis primo eius nutu discedũt:populares autẽ alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab iccepto reuocabant:uixq; a corporibus distrahebãtur:Apud Alexandriã quidem talis casus euenit.Cestio uero iam quiescendum esse non uidebatur infensis ubi q; iudęis:sed duodecimã legionem integrã ex antiochia secum ducens:& ex reliquis bi na milia lecta peditum:&.iiii.alas equitũ issuper regum auxilia:hoc est antiochi duo mi lia equitum & peditum tria milia sagittarios omnes Agrippæ uero tantũdem peditũ & equitũ mille:cũ & cestius sequeretur.iiii.milibus cõcitatus:quorũ tertia pars eqtũ erat: pluresq; sagittarii:ptolomaida progressus est.plurimi autẽ ex ciuitatibus auxilio conue nere:peritia quidem militibus inferiores:q; uero scientię deerat in iudęos, odio iidemq; alacritate supplentes.Aderat autem ipse quoq; agrippa cestio:& eorum quę conduce rent simul & itineris principes:ubi tum adducta exercitus parte cestius inualidissimam galileę ciuitatem contendit zabulon:quæ appellatur uiroꝝ.& ab iudæorum finib9 pto lomaida discernit.Cunq; offendisset eam ciuibus destitutã (in montes enim multitudo refugerat)oigenum autẽ rerũ plenam,illas quidẽ militibus diripiendas cõcessit:ipsum uero oppidũ q̃is admiratus esset eius pulchritudinẽ,quippe domus habebat similiter ut apud Tyrum & Sydona & Beritũ ędificatas,incendit.Deinde cursu territorio pera grato,qcquid inuenisset obuiam depopulatus inflãmatis etiam circum eam positis ui cis in ptolomaidã regressus est.Syris aũt adhuc prædæ inhęrentibus: & prędipue biri tis, recepta iudęi fiducia:cestium enim recessisse cognouerant, repente in eos qui roman serant irruunt:& prope duo milia morte cõsumunt. Cap.xxvi. Cestius autem ex ptolomaide reuersus ipse quidem Casaream peruenit: in ioppam uero partem prędisit exercitus:cum prędeptis huiusmodi ut oppidum custodirent si eo potiri potuissent : aut si oppidani impetum prędensissent, tam suum quã cęterorum militum præstolarentur aduentum . Illorum igitur alii mari alii terra profecti utrinque Ioppem facillime capi unt : ita ut ne fugę quidem habitatores copiam reperirent : nedum ad pugnam se pa rarent. Agressi autem cunctos interficiunt cum familiis : direptaq; ciuitate incen dunt. Interfectorum autem numerus octo milia quadringenti fuerunt . Simili modo & finitimam samarię nabathite. Nam Thoparchiam non paucos direxit equites : qui & partem finium uendicauerunt : magnamque indigenarum multitudinem peremerunt: direptisque patrimoniis etiam uicos igni dederunt. CAPITV.XXVII.

In galyleã quoque misit Cesenium gallum ductorẽ duodecimę legionis:eique tantam militũ manum attribuit : quantam genti expugnandę sufficere posse credebat:& cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ualidissima galyleæ ciuitas sephoris cum fauore susceꝑit. Huiusq; prudẽs consiliũ secu
tę ciuitates alię quiescebant. Qui uero seditionibus & latrociniis operam dabant, in ga
lyleę montem undiq; mediũ recessere: qui est contra sephori & uocat' asamõ. Aduersus
eos gallus ducebat exercitũ. Illi autẽ quãdiu superiores erant, facile romanos ad se ascẽ
dentes ulciscebantur: & ex his plures quã ducentos interfecerũt. Vbi uero eos uiderunt
circũacto itinere ad celsiora progressos, mature uictoriã concesserunt: & neq; pugnam
comínus armato ferebant: Neq; si terga dedissent, equitũ poterãt manus effugere: adeo
ut pauci locis asperis delitescerent: amplius uero quã duo milia trucidarentur. Gallus
quidem cum nihil iam tentari nouitatis apud galyleam uideret, cęsariã cum exercitu re
meabat. Cestius uero cũ omni multitudine reuersus in antipatridẽ perrexit. Cognitoq;
non paruam multitudinẽ iudęorũ in turrim: quæ apheci uocabatur, esse collectam: qui
& his cõgrederẽtur præmisit. Sed priusquã in manus uenirẽt iudęi metu dispsi sunt: eorũ
q; castra iam desolata milites adorti cum uicis circũpositis incenderũt. Ex Antipatride
autem cestius in liddã profect9 uacuam uiris ciuitatẽ offendit. Nam propter Scenophe
rios; dies festos in Hierosolymã populus ois ascenderat. Quinquaginta uero quos ibi
cõprehendit occisis exustoq; oppido ulterius procedebat perq; Bethiron profectus in
quodã loco cui nomẽ est Gabao castra ponit distante a Hierosolymis stadiis quinqua
ginta: Iudaí uero cum iam ciuitati propinquare bellũ uiderent, omissis dierũ festorũ so
lemnibus ad arma ꝓperabant: satisq; freti multitudine imcõpositi ad pugnam & cũ cla
more prosiliebãt: Ne dieꝝ quidẽ septem habita ratione feriateꝝ. erat eni sabbatũ quod
apud eos religione maxima curabat'. Idem aũt furor qui eos ab obsequio pietatis emo
uerat, in prælio quoq; superiores effecit. Tanto nãque impetu romanos aggressi sunt: ut
eoꝝ & aciem perrumperent: uiaq; aperta cędibus in medio ruerẽt: ac nisi ei militũ parti
quæ nec dum locũ amiserat eqtes ex circuitu subuenissent: quiq; non satis defecerũt pe
dites, in periculo totus cestii exercitus fuisset. Interfecti sunt aũt quingẽti & quindecim
romani milites ex qbus quadringenti pedites: cęteri eqtes erant: iudęi uero uiginti duo:
quorũ fortissimi uidebant' Monobari regis Adiabenæ ꝓpinqui: Monobazus & Cene
deus: & post hos Peraita Nigeret & syra babylonius: qui ad iudæos ab Agrippa rege
transfugerant: cui pridem militabant: A fronte qdem repulsi iudęi ad ciuitatẽ reuertebã
tur. Romanos autẽ ad Bethorõ ascendẽtes Gioræ filius Symon inuadit: multosq; po
stremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cũ sarcinis capta in ciuitatẽ reduxit.
Cestio uero in agris triduo cõmorãte iudęi locis superioribus occupatis obseruabãt ei9
translitũ neq; cessaturos eos certũ erat: si romani proficisci cœpissent. Cap. xxviii.

Itaq; dum Agrippa cũ infinita hostiũ multitudine montes amplexa ne romanos qui
dem a periculo tutos esse perspiceret, uerbis iudęos experiri decreuit: uel omnes sibi pa
rituros existimans: ut bello desisterent: uel siqui aduersarẽtur seuocandos esse: qui ab co
rum sniа discreparent. Misit igit' ex comitibus suis Poreatũ & Phebum quos illis scie
bat esse notissimos: & a cestio fœdus amicitię: certamq; a peccatis populo R.o. ueniam
pollicerentur: si proiectis armis secum sentire uoluissent. Veꝝ seditiosi metu ne cuncta
multitudo spe securitatis ad agrippam sese cõferret, legatos obtrũcare statuerũt: & phe
bum quidem priusquã uerbum faceret, peremerũt. Nam poreatus uulneratus effugit:
populares autẽ id indigne ferentes factum cędendo fustibus atq; lapidib9 in oppidũ cõ
pulerũt. Cestius uero quia intestinam eorum discordiam opportunũ ad irruendũ tẽpus
inuenit, totũ in eos duxit exercitũ: inq; fugã uersus usq; Hierosolymã profectus est. Ca
stris aũt in loco positis qui appellatur Scopos iteruallo septẽ stadiorum a ciuitate disce
dens: nihil per triduũ aduersus oppidum conabatur: sperans fortasse ĩtus degẽtes aliqd

remissuros. In uicos aũt circa ciuitatem nõ paruã militũ manũ ad rapienda frumenta di
misit. Quarto aũt die qui tricesimus mẽsis erat octobris ordinatũ in oppidũ introduxit
exercitũ. Populus quidem a seditiosis custodiebatur: ipsi aũt romanoꝝ disciplina territi
exterioribus cessere partibus ciuitatis: & in partẽ interiorẽ templũq; refugerunt. Cesti
us uero transgressus Pedestã: quę sic uocatur: & cenopolim: & forum quod appellatur
Dacon incendit. Deinde cum ad superiorẽ ciuitatem uenisset prope aulam regiã castra
posuit. Et si tunc uoluisset intra muros uiolenter irrũpere, ciuitatẽ ilico possedisset: bello
q; finem dedisset. Sed Tyrãnus præpositus castris & priscus & plures equitũ magistri a
floro pecunia corrupti conatũ eius auertere & iudęos intolerãdis malis repleri cladibus
q; contigit. Cap. xxix. Interea plurimi popularium notissimi Ananus Ionathę fi
lius cestium quasi portas ei patefacturi uocabant. Ille autem & ira fastidiẽs: & quod nõ
satis ei credendum putaret, tãdiu id neglexit donec proditione comperta seditiosi ananũ
quidem cum cęteris de muro deiectis lapidibus in domos suas fugere compulerunt. Ip
si uero per turres dispositi murum tentantibus repugnabant: per dies quidem quinq; ro
manis undiq; conãtibus inexplicabilis erat impetus. sexto aũt die Cesti9 cum plurimis
eisdẽq; sagittariis a septentrionali tractu templum aggrediturr iudęis ex porticu resisten
tibus. Qui repente quidem romanos ad murũ adeuntes auertere. Postremo autẽ repul
si tęlorum multitudine recesserunt. Itaq; romanoꝝ qui anteibant scutis suis muro nixis:
& qui eos sequebantur aliis ac per ordinẽ aliis similiter adiunctis: quæ sic appellatur: te
studinem contexuerunt. Vnde sagittę in eam delatæ irritæ delabebantur & sine aliqua
noxa milites mœnia suffodiebant: templique portas incendere moliebant'. Vehemens
aũt seditiosos stupor inuaserat: iamq; multi ex ciuitate diffugiebant: ucluti cõtinuo cape
retur. His aũt populus alacrior efficiebat': & quãtũ nequissimi cędebãt: tãtũ ut ipsi por
tas aperirẽt: Cestiumq; tanq; de se optime meritũ reciperent appropinquabãt. Et profe
cto si paululũ in obsidione perseuerasset: statim ciuitatẽ obtinuisset. Sed credo iam tunc
infestus deus pessimis: eiusq; sancta illo die finẽ bello dare prohibuerunt. Deniq; cestius
neq; ais populi: neq; obsessoꝝ desperatiõe perspecta militẽ reuocat: & sine ulla spei repul
sa incõsulte nimis ac iniuste discessit. Inopinata uero eius fuga latronũ fiduciã recreauit:
insecuti nouissimos aliquos eqtum peditũq; peremere. Et tunc qdẽ cestius in castris quę
apud Scopon munierat tendit: altero aũt die ulterius recedendo magis hostes prouoca
uit: tanq; postremis appositi multos necabant: cum utraq; itineris parte uallata in trans
uersos tęla iaciebant: & neq; in eos se retorquere: a qbus a tergo sauciabant' nouissimi au
debant quandam infinitã multitudinẽ inseq existimantes. Et a lateribus instãtiũ uim re
pellere minime sufficiebãt: cum ipsi qdem graues essent: ordinẽq; interrũpere formida
rent: uiderẽt aũt iudęos leues & ad excurrendũ faciles esse. Vnde eueniebat ut multa ma
la perpererẽtur: cũ nihil etiã inimicis nocerent. Tota igit' uia perculsi deiectiq; agmine
sternebantur: donec multis occisis in qbus erat priscus sextę legionis dux: & Longinus
chilarchus: & Emilius iocũdus alæ pfectus uix in gabao peruenerunt: ubi castra pri9 po
suerãt: multis ĩstrumẽtis amissis. Hic aũt cestius biduo cõmoratus inops cõsilii qd age
ret: cũ tertio die maiorẽ hostiũ uidisset numerũ & oĩa circũ loca plena iudęis, tarditatẽ
sibi obfuisse cognouit: & si adhuc ibi maneret pluribus se inimicis usurũ. Itaq; pro com
pendio fugę cuncta quę militibus ĩpedimẽto erant, amputari præcepit. Occisisq; tunc
mulis atq; asinis aliisq; iumentis: præter illa quæ sagittas & machinas ferrẽt. Hęc. n. ue
lut usui futura seruabat maxie qa tiebat ne iudæis cõtra se capta pdessent. Bethoron uer
sus antecedebat exercitũ. At iudęi latioribꝰ qdẽ locis minus instabãt: cõtractos uero in
angustias atq; descẽsus: q discessissẽt ab exitu ꝓhibebãt. Alii postremo super agmen im

Universidad de Deusto
Biblioteca

pingere:fusaq; omnis multitudo per itineris iuga militem sagittis operuit. Vbi ēt pedi
tibus quo pacto sibi subuenirēt hæsitātibus eqtum periculū promptius erat. Nec enim
ordinate uiam proseq poterant obstantibus iaculis:& ne contra hostes irent ascēsus ar
dui prohibebant equitātibus inuii. Lateribus aūt rupes ac ualles:in quas deiecti:qui ab
errassent, consumebant. Nullusq; locus aut fugiendi:aut ulciscēdi rationē habebat. Ita
q; incerti quid agerēt, ad ululatus quos desperati solent:fletusq; cōuersi sunt. Quib9 re
sonabat iudęorū cohortatio cū clamore lætantium pariter ac sęuientiū. Totusq; pœne
qui eū cestio fuerat perisset exercitus:nisi nox aduenisset. Qua romani quidem in becho
ron confugerūt:iudęi uero obsessis circū oībus locis eoꝝ transitus custodiebant. Deniq;
ibi eum cestius aperto itinere desperato iam de fuga cogitabat. Lectosq; ad quadringen
tos oīm fortissimos milites tectoꝝ fastigiis iposuit. Hisq; præcepit uigilum qui in castris
excubant signa clamare:ut eo modo iudęi oēm illic militum numeꝝ arbitrarent rema
nere. Ipse autē cum cæteris otiose usq; ad triginta stadia progredit. Vnde mane cū iudęi
locum in quo romani tetenderant desolatū uidissent, in quadringētos a qbus decepti fu
erant concurrerunt:& illos quidē sine mora iaculis cōfecerunt:mox aūt cestium persequ
properabant. Sed ille cum nocte nō paruum spatium itineris peregisset, die uehementi9
quoq; fugiebat:adeo ut metu perculsi milites machinas siue torméta muralia: itemq;
ballistas:multaq; alia instrumenta relinquerent. Quibus tunc ablatis iudęi rursus con
tra illos qui ea reliquerant usi sunt. Insequēdo aūt romāos antipatridam usque uenerūt.
Deinde cum eos assequi non potuissent, inde redeuntes:& machinas secum asportarūt:
mortuosque spoliarunt:& prędam quę remanserat collegerunt:& peana canēres in me
tropolim remearunt:suis quidē paucis amissis. Romanorum autē auxilioꝝ quinque mi
libus peditū ac trecentis:itēque noningētis & octuaginta eqtibus interemptis. Hæc q
dem nouēbris mensis octauo die gesta sunt:anno duodecimo Neronis principatus.

Cap.xxx. Post cestii uero casus aduersos, nobiliū multi tanquā e naui pessum itura
ex ciuitate enatabant. Denique castabarus & Saulus una cum Philippo iachanis filio
qui princeps erat exercitus regis Agrippę: inde dilapsi ad Cestium trāsfugerunt? Qui
uero cum his in aula regia fuerat obsessus antippas fuga despecta quemadmodū a sedi
tiosis peremptus sit, alias indicabimus. Cestius autem Saulum & cæteros in Achaiam
ad Neronem misit:& propriam necessitatem indicaturos:& belli causas deriuaturos in
florum. Sperauit enim & iram in illum excitatum iri:& sua pericula summouenda. Tūc
autē Damasceni cæde romanorū cognita, iudæos apud se degētes perimere studuerūt:
& cum eos in publicis termis collectos haberent: nanque id olim propter suspitiones
meditabantur, facile quidem sui conatus exitum fore putabant. Verebantur autem mu
lieres suas fere omnes pręter paucas iudaizātes:& eorum religione deceptas. Quare his
magna cura fuit eas celandi quid ageret. Iudęorum autem decem milia quippe in angu
sto loco atque omnes inermes aggressi:una hora sine metu iugulauerunt. Qui uero ce
stium fugauerant, in hierosolymam reuersi:quos adhuc romanorum studiosos inueniſ
sent:partim ui partim blanditiis sibi etiā sociabāt. Et in templum congregati plures bel
li duces eligendos esse censebāt. Declaratus est igitur Iosippus curionis filiꝰ & pontifex
ananus omnia quę in ciuitate gerēda essent imperaturis:maximeque ut ciuitatis muros
erigerent. Filium nāque Symonis Eleazarū romanoꝝ quāuis prędā & ereptas cestio pe
cunias:& insuper his plurima ex thæsauris publicis in potestate hēret:tñ nullis necessita
tibꝰ prępositurum:q; & ipsū tyrānidis supbia uiderēt ferri:eiusque studiosos siue imitato
res satellitū more uersari. Veꝝ paulati Eleazarus ambitiōe pecūię:itēque astutia psuasit
populo:ut in oībus sibi pareret. In iudęā uero quos mitterent alios militū duces optarūt

Hiesum filiū asapha unū ex pontificibus:& Eleazarū pontificis filium:Nigro aūt man
dauerūt:qui tūc iudumeā regebat:ex regiōe trans iordanē posita genus ducēs:unde pa
rtes cognominabātur ducibus obtēperare. Sed ne alias quidē regiones omittēdas pu
tabāt. Nāq; in hiericūta Iosippus filius Symonis:& Manasęs trās flumē thapna:& Io
annes esseus Topchias administraturi directi sunt. Huic āt lidda & ioppe & āmanum
erāt aditę. Cophinitie āt & accabatine regionibus ioānes filiꝰ annę rector erat designa
tus:& utriusq; galyleæ iosęppus mathathiæ filius. Huiꝰ administratiōi iūcta erat & ga
mala munitissima ciuitatū:quę ibi fuere aliorꝝ quidē rectorꝝ pro alacritate ac prudentia
sua quisq; res sibi creditas administrabat. Iosippus aūt cum in galyleā uēisset primū cu
rę habuit idigēaꝝ sibi cōciliare beniuolentiā:multa sciēs ea cōfici posse licet in aliis pec
cauisset. Deinde cōsiderato q; potētissimos quidē amicos habebit:si eos participes pote
statis fecisset:oēm uero multitudinē si plæraq; per indigenas & cōsuetos fieri præciperet.
Lxx. de senioribus eius gētis prudētissimos elegit:eosq; rectores totius galyleę cōstituit.
Septem uero per singulas ciuitates minorꝝ litium iudices ordinare maiora negocia cau
sasq; capitales ad se referre iussisset iam. lxx. dispositos per ciuitates:quo iure inter se ute
rentur: ētquēadmodū extrinsecus usi essent aiaduertit:certusq; in galyleā romanos eē
uenturos opportuna loca muro cingebat:hoc est iotapata & bersabeæ & seloim necnō
& caphe recho & iaphac & sicophoh:mōtē cui nomē est itabirio & tharice & tiberida:
ad hæc etiā circa generaseth lacum spelunceas in ea quæ inferior galylea uocabatur mu
niuit. Superioris autē galyleę achabaron & petrā quæ sic dicitur ninetimero in gaulani
tidem uero seleuciā:& sogennā gamala munitiōe circundedit. Solis autē sephoritis per
misit ut murꝝ sibimetipsis fabricarēt:quia eos pecuniosos esse:& ad bellū promptos ēt
sine præcepto uideret. Similiter aūt etiā giscalam iosippi iussu per se murꝝ cinxit iōānes:
cęteris autem castellis oībus ipse iosippus intererat iubendo:simul atq; opem ferendo.
Quin & exercitū ex galylea supra centum milia uirorꝝ cōparauit:quos oēs undiq; colle
ctis armis ueteribus instruebat. Deinde reputās hoc maxime romanorꝝ inuictā esse uir
tutē q; edicto essent audiētes rectoribus suis:& exercitationi operam darent, doctrinā
qdem urgente necessitate despexit:parendi autē facultatē ratus regentium multitudine
posse contingere ita ut romani solent diuisit exercitū: pluresq; fecit agminū principes.
Diuersisq; militū generibus ordinatis, alios de cadarchis:alios chiliarchis subdidit:& in
sup his rectores maiorꝝ rerꝝ administratores. Docebat aūt signorꝝ disciplinas & prouo
cationes reuocatiōesq; buccinarꝝ. & principia cornuū & circundationes: & quemadmo
dū oporteret laborantibus succurrere fortiores. & circū defatigatis partiri pericula:quæ
q; ad fortitudinē animi corporisq; tolerantiā pertinerent instituebat. Maxime uero eos
erudiebat ad bellū:usquequaq; Romanorꝝ referens disciplinā:& q; cū uiris essent præ
liaturi:qui & uiribus corporis & animi obstinatione totū pœne orbem superassent. His
addidit quo pacto belli tēpore suis essent pariturī præceptis:iam nunc periculū fore nisi
consuetis delictis hoc est furtis & latrociniis & rapinis abstinuissent:sed neq; aut genti
libus fraudem facerent:aut consuetissimorꝝ damna propriū quęstū putarent. Illa enim
bella optime administrari:quorum milites bonā conscientiam gererent. Qui uero per se
prauī fuissent, his non solū inimicos:sed etiam deū hostem futurū. Multa in hunc modū
admonendo perseuerabat:& iam qdem quantum prelio paratū esset cōflatū erat. Nam
septuaginta peditū milia &. cc. xl. equites ac pręter hos ēt mercenarios qbꝰ maxime fre
tus erat habebat quattuor milia. d. necnō & sexcētos circa se electos custodes corporis
atq; satellites. Exceptis aūt mercēariis, facile cęteri milites a ciuitatibꝰ alebāt. Nāq; sin
gulę quas enūerauimꝰ cū mediā sui multitudinē mitterēt in militiam:reliquos ad com

Universidad de Deusto
Biblioteca

parandum eis uictū tenebant:ut pars armis pars faciēdi opis dirimeretur:& armati secu
ritatem rependerent suggerētibus cōmeatū. Iosippo aūt hoc modo administranti galy
leam insurrexit quidam insidiator patriæ Giscalon ortus Lesim filius nomine ioānes cal
lidissimus:ac dolis plenus & nequitia quidē nobilissimus oium:antea uero parumper &
aliquantū malitię suæ ipedimentū passus inopia:facile mentiri paratus:miruſq; ad fidē
adhibere mendacio:& qui fallaciam uirtutem putaret:eaq; aduersus amicissimos utere
tur:simulator humanitatis:& spe lucri appetentissimus cædium:qui semper quidē imo
derata concupisset:spem uero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat sui moris ac
solitarius:deinde comitatū inuenit audaciæ:primo quidē paruum ampliorē autē profi-
ciscēs. Curę autē habebat neminē ignarū ascisceret:sed qui & habitudine corporis:& ani
mi magnitudine:bellorūq; peritia præstaret hos eligebat:donec quadringentoꝝ uiroꝝ
cateruā cōgregauit:quoꝝ plures ex Tyriorum finibus & uicis erant. Isq; oēm galyleam
depopulabatur:& multos futuri belli metu suspensos lacerabat. Hunc igitur iamdudū
regendi milites cupientē:& maiora desiderantē diu pecuniæ retardabat inopia. Cū autē
uideret Iosippum sua uiuacitate lętari, persuadet ei primū fabricādi muri patrię solicitu
dinem sibi cōmitteret. In qua re questus magnos a locupletibus fecit. Deinde callidissi-
ma fraude composita uelut oleo quod non a gentilibus suis tractatū esset uti cauerēt oēs
apud syriā iudæi:ut ad confinia oleū mitteret deposcit. Nūmoſq; tyrio qui .iiii. atticos fa
ceret emptis .iiii. amphoris eodē precio amphoræ dimidiū uenundabat. Cunq; galylea
ferax esset olei:maximeq; illo tēpore magna ubertate redundaret, in ea loca ubi erat pe
nuria solus multūq; mittendo, infinitam summā pecunię cōgregauit. Qua mox in eum
usus est:qui hoc sibi beneficiū prestitisset. Deniq; existimās iosippū disposuisse rectorē
se esse galyleę futurū, quibus pręerat latronibus imperauit:prædas uehementius exerce
re q; multis rebus nouis per regiones excitatis autē insidiis alicubi rectorem perimeret
si cui ferret auxiliū:aut si latrocinia negligeret. Ob hoc eum apud indigenas accusaret.
Iamdudū autem rumorē dissipauerat:q; res galyleę Iosippus prodere cogitaret: multa
q; in hunc modum ad eius perniciem comparabat. Cap. xxxi. Itaq; illo tempore
cum quidam ex uico damaritarū in magno campo custodias agentes ptolomæū agrip
pę & berenicis procuratorem aggressi:omnes quas ferebat sarcinas abstulissent:in qb9
erant non paucę uestes pretiosæ: plurimaq; argenti pocula:& sexcenti aurei:neq; hanc
prędam occulte administrare possent, omnia taricheas ad Iosippum comportarunt. Ille
autem repręhēsa uiolentia quā regiis intulissent, reponi res ablatas apud aliquem eius ci
uitatis potentissimū iubet:paratus eas dominis oportune remittere. Vnde maximū ei9
periculum comparatum est. Nanq; raptores earum & quia prædæ nullam partem acce
pissent:ægre ferētes & prospicientes quod Iosippus cogitauerat laborem suum regibus
condonare:per uicos nocte discurrunt:omnibusq; indicant Iosippum prodidisse:eodem
q; tumultu ciuitates proximas replcuerunt:adeo ut centum armatorū milia contra Io-
sippum prima luce conurrerent. Deniq; multitudo in circo apud Taricheas congrega
ta plurima per iracundiam conclamabat:partim deponi partim concremari uociferans
proditorem. Plęroſq; incitabat ioannes:& cum eo filius taphnam & iesus quidam. Tūc
magistratus tyberiadis iosippi quidem amici & satellites tantæ multitudinis icursu per
territi omnes pręter paucos diffugerunt. Ipse uero dormiens prope cum iam ignis ad-
moueretur exurgens:& monentibus eum .iiii. qui remanserant:neq; solitudine sua: neq;
illorum qui contra se uenerant copiis perturbatus:in conspectu eorum prosiliit uestę di
scissa infusoq; capite puluere:auersisq; post tergum māib9 suoq; ceruici gladio annexo.
Hæc autem amiciores ei maxime taricheatas ad misericordiā cōmouerant. Rustica ue

ro plebs & finitimorū quibus molestior uidebatur:nō sine maledictis eum iubebant pu
blicas proferre pecunias:& facta proditionis fateri. Nam ex habitu eius opinabantur ni
hil eorum de quib9 nata fuerat suspitio penitus negaturū: & ipetrandę uenię causa fecis
se oia quę misericordiam prouocarent. At illius ista hūilitas consilium perstruebat:& cō
tra se idignantes arte circūueniens:ut super his unde irascerētur inter se ipsi discordarēt:
omnia cōfessus est. Deinde sibi loquēdi facultate cōcessa: ego inquit has pecunias neq;
agrippę remittere cogitabā neq; in propria lucra cōuertere:absit enī ut amicū putem un
quā qui uobis sit inimicus:aut quæstū ex re capiam quę uos cōmuniter lęderet. Sed qa
uidebā otaricheatę maximā ciuitatē uestrā mōitionis egere:& ad extruenda mœnia mi
nus habere pecūię:timebamq; tyberiensem populū & alias ciuitates raptas pecunias in
hiātes:pedetentimq; eas retinere decreui ut uos muro circundarē. Si hoc non uidetur ,p
fecto quę oblata sunt & diripienda ,ppono. Si recte consului:bene de uobis meritū coer
cetis:hęc taricheatę quidem ab eo dicta cum fauore receperunt. Tyberienses uero cum
aliis deprauādo insuper etiam minitabantur:utriq; autē relicto iosippo iter se litigabāt.
Ille autē fretus iam secū sentiētibus:erant enī prope ad .xl. milia taricheatæ:cū multitu-
dine liberius loquebatur:multū in eorum temeritatē inuectus:ex pręsenti quidē pecūia
taricheam ait esse muniendā. Curę autem sibi fore similiter ut etiam cętere tutę sint ciui
tates. Nec enim pecunias defore si cōcordare uelint in eos unde parandę sunt:& non in
eum moueātur qui parat. itaq; cū alia quidē multitudo quæ decepta fuerat quāuis irata
recederet duo uero armatoꝝ milia impetū in eū fecere. Cūq; se ille tecto ante recepisset
instabant ei minitātes. Iterum aūt Iosippus in hos altera fraude nitit̄. Cunq; ad fastigi
um culminis cuasisset cōpresso dextra strepitu: nescire ait se quid peterent sibi prestari:
uoces enī se nō exaudire cōfusas. Omnia uero quæ iuberent esse factuꝝ si aliquos intro
misissent:qui secum otiose colloquerent̄. His auditis illico nobiliores cum magistratib9
ad eum ingrediunt̄. Quos ille in ædiū partes iductos clausa ianua tādiu uerberauit: do
nec coꝝ intestina nudata sunt. Circūstabat aūt interim populus existimans eos prolixis
allegationibus concertare. Cum subito Iosippus foribus patefactis cruentos eos dimi-
sit. Vnde tāto terrore qui minabātur affecti sunt:ut proiectis armis aufugerent. Ob hoc
ioannis etiam atq; etiā crescebat inuidia:aliasq; nihilominus iosippo moliebatur insidi
as:morboq; simulato per epistolam postulauit:ut sibi medicinæ gratia tyberiensibus ei
aqs calidis uti permitteret. Iosippus aūt nondum ei suspectus erat insidiator ad prefectos
ciuitatis litteras fecit:ut hospitiū & utēsilia ioanni prębereni. Quibus ille potitur biduo
post cuius rei causa uenerat agebat. & his fraude circunuentis:aliis uero pecunia corru
ptis ut iosippum desererent persuasit. His cognitis sylla quem iosippus custodię prepo
suerat:ppere de insidiis ei scripsit:atq; ille accepta epistola noctuq; itiere maturato ma
tutinus ad tyberiadā peruenit. Et cętera qdem multitudo obuiam ei processit. Ioannes
aūt quāuis eū contra se uenisse suspicaretur:tamen direpto quodam ex notis infirmitate
simulata q; lectulo detineretur obsequio se defuisse mandauit. Tyberiensibus autē a io
sippo in amphitheatri stadium cōgregatis ut eos quę sibi scripta fuerant alloquerē̄ miss
sis armatis ioannes iussit eū interfici. Quos cū iam nudare gladios perspexisset populus
exclamauit:atq; ita conuersus ad eius uocē Iosippus ubi ferrum prope iugulo suo imine
re prosperit in litus disiluit e tumulo excelso cubitis sex:in quo uerba faciens cum popu
lo steterat:ascensaq; nauicula cum duobus satellitibus suis quę illic applicuerat in medi
um lacū refugit. Milites uero eius ilico raptis armis contra insidiatores irruebāt. Mox au
tem ueritus iosippus ne bello intestino suscitato propter paucorum inuidiam ciuitas cō
sumaretur, nuncium suis misit:qui eos moneret:ut propriæ tantū saluti consulerēt. Neq;

uero quemq; occiderent uel arguerent noxiorum. Et illi quidem dicto parentes conquie uerunt. Qui uero circum ciuitatē per agros habitabant auditis insidiis & quis eaꝝ fabri cator fuisset, cōtra ioannē ueniebant. Sed ille primus in Giscala patriam suam fuga rece ptus est. At galylei totis iam ciuitatibus ad iosippū confluebāt. Et cum multa essent ar matoꝝ milia congregata: qui se aduersus ioannē cōmunē insidiatorē adesse clamabant: unaq; cum eo ciuitatē quæ illum suscepisset iguibus tradituros: ad ea iosippus probare quidē se eorum beniuolentiā impetū autē cohibendū esse dicebat prudentia magis ini micos uicere cupiēs quā pimere. His uero qui de singulis ciuitatibus cū ioanne rebellas sent nominatim exceptis quippe alacri aio suos quisq; populus indicabat præconū uoce denunciabat intra quinq; dies eorū qui Ioannē non reliquissent patrimonia diripienda: domosq; eorū cum familiis exurēdas. Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit: qui p fugi ante pedes eius arma proiecerūt. Cum reliquis autem ioannes prope mille uiris sy ris fugitiuis transtulit se iterum in occultas insidias ex apertis ac per nuntios in hyeroso lymā clam directos Iosippum accusabat q; magnū exercitū collegisset: iamq; nisi præue niatur ui tyrānus metropoleos uēturus esset. Verū ea populus quidē prescius negligebat: liuore autē potētes nonnulliq; magistratuū clam pecunias ad cōparādos mercena rios milites misere ioanni: ut per eos bellum cum iosippo gereret. Decretūq; inter se con ceperunt: quo idem iosippus militū administratioe decederet. non tamen id satis esse cre debant: ideoq; duo milia & quingētos armatos & quatuor nobiles uiros iurisperitos fi lium Iosandrum & Ananiam sadduci & Symonem & Iudam Ionatioēs eloquētia uali dissimos: ut eorum scilicet monitu auerteretur ab iosippo beniuolentia multitudinis. Et siquidem ipse sponte sua ueniret, paterent eum rationem reddere. Sin remanere conten deret: uelut hoste uterentur. Amici autem iosippi militem quidē ad eum uenturum esse perscripserat: causam uero non iudicauerunt quoniam secretū fuit inimicoꝝ eius cōsiliū. Vnde factū est ut quod præcauere non potuit: quatuor statim ciuitates ad inimicos post quā uenere deficerēt. Hoc est sephores & gabra & giscala & tyberias: quas tamen conti nuo sine armis recepit. Captos autē quatuor duces consiliis armatorumq; fortissimos re misit ad hierosolymā: contra quos populus haud mediocri indignatione cōmotus: ipsos & a qbus permissi fuerant occidisset: nisi ante fugissent. Cap. xxxii. Ioānem uero iam intra muros Ascalon Iosippi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebel lauit tyberias: habitatoribus eius Agrippam regem iplorantibus. Et cum ille cōstituto die ad eos non uenisset: paucisq; romani equites ibi tum cōparuissent: a Iosippo alienati sunt. Hisq; apud taricheas cognitis statim: defectio consecuta est. Cum uero cunctos io sippus milites misisset frumentatum: neq; solus egredi contra deſtitutores: neq; se conti nere patiebatur: metuens nedum ipse tardaret: ante in ciuitatem regii transgredirentur. Nec enim postero die obstante sabbato qcq; facere poterat. Dolo autem qui se deseruerant circunuenire cogitabat. Et portas quidem tarichearum claudi iussit: ne quis cōsiliū suum illis proderet contra quos suscipiebat. Omnibus autem scaphis quas in lacu repperit congregatis: ducentæ autem & triginta fuerunt: quaterniq; nautę non amplius singulis inierant: mature ad tyberiada nauigat. Cunq; tanto ab ea distaret spatio unde facile uideri non posset: inanes scaphas in salo relictas septem ipse solus inermes satelli tes secum habens propius ut cōspiceretur accessit. Quem cum inimici adhuc maledicē tes: arma proiiciunt: manusque supplices agitantes ut ciuitati parceret precabantur. Io sippus autem postq; multis eos minis & castigationibus exprobrauit: primū q; bello cō tra populū romanū susceptо: intestinis dissensionibus uires suas ante cōsumerēt inimico

rum uota cōplerent. Deinde q; securitatis suę curatorē de medio tollere properarēt ciui tatemq; non erubescerēt sibi claudere: q eam muro cinxisset non repudiatuꝝ se ait: si qui sibi satisfacerent: quibusq; interuenientibus amicitiā cū ciuitate firmaret. Itaq; statim ad eum decē tyberiensiū potētissimi descenderūt. His aūt in unam receptis nauiculā pisca toriā: & pcul abductis alios qnquaginta curiales uenire iussit maxime notissimos: uelut illi quoq; fidē sibi prębere deberēt. Deinde nouas causationes excogitās: alios insup atq; alios obtentu fœderis euocabat: ut mature taricheas recurrerent gubernatoribus nauiū impletarū impabat: quosq; auexissent in carcerē collocarēt. Donec oēm curiam quę sex centos haberet uiros: duoq; milia populariū cōprehēsa in taricheas scaphis abduxit. Re lictis aūt uociferātibus clitum quendā esse maxime defectiōis authorē: iramq; ipsius pœ na illius precantibus satiari: illū quidem iosippus nolebat occidere. suoꝝ uero satellitum quendā leui egredi iussit: q cliti manus abscinderet. Cū uero is prę timore solum se glo bo inimicoꝝ cōmissurum negasset: eaq; causa indignari iosippum stantem in scapha cli tus cerneret: ipsumq; uelle descendere ac de se suppliciū sumere: ut saltē unā manū sibi cō cederet orabat. Neq; hoc abnuēte iosippo: dummodo alterā sibimet clitus præscideret: educto ille dextera gladio leuā sibi truncauit: tātus eum timor iosippi inuaserat. Ita tunc iosippus uacuis scaphis & satellitibus septē populo capto rursus tyberiadā sibi sociauit. Paucisq; diebus post cū ēt sephorim defecisse inter alias reperisset militibus eā depręda ri permisit: omniaq; inde lecta popularibus dedit ēt sephoritis. Nam & captos rapinaꝝ dāno corrigere uoluit: & redibitione reꝝ rursus eos ad beniuolētiā reuocare. Hactenus apud galyleā motus: iamq; ab intestinis dissensionibus qescentes aduersus romanos in struebanē: hierosolymis aūt Ananias pontifex & potētiores q non cum Romanorum parte sentirēt muros instaurabant: multaq; bellica instrumēta perq; omne oppidū sagit tæ aliaq; arma fabricabāē. Exercitatiōibus aūt iussis manꝰ iuuenū operā dabat. Erātq; uniuersa plena tumultus: magnaq; tristitia mediocres occupauerat. multiq; futuras cla des prospicientes fletū cohibere nō poterāt: infestaq; pacē cupiētibus omnia uidebanē. Belli aūt incētoribus quæ illis placerēt ex tēplo refingebanē statusq; iam tūc quasi peri turæ ciuitatis erat: anteq; romani uenirēt. Anano aūt apparatū belli negligere cura fuit: & studiosoꝝ quos æmulatores uocabāt amentiam ad ulteriora cōuertere. Vi tamen ui ctꝰē: & qs illiꝰ finis fuerit posterioribꝰ explanabimꝰ. Attin acrobatēa toparchia agioræ filius symon: multis nouaꝝ reꝝ cupidis cōgregatis ad rapinas conuersus non solum do mos locupletum perturbabat: uerum etiam corpora uerberibus conficiebat. Iamq; tūc certus erat incipiens tyrannidem. Ab Anano autem missis aduersus eum militibus ma gistratuum ad latrones qui erant magade cum his quos habebat effugit: ibiq; manens donec ananus & alii eius inimici perempti sunt: idumeā cum cęteris populabatur: adeo ut magistratus eius gentis propter cędium multitudinem & prędarum assiduitatem col lecto milite uicos pręsidiis tuerentur: & idumeæ quidem res ita se habebant.

DE BELLO IVDAICO. LIBER. III. INCIPIT. CAP. I.

Eronē aūt ubi res apud iudæā nō prospere gestas accepit, latēs qdē quod necesse fuit cū stupore timor iuadit: apte āt superbiā simulās: ultro ēt indignabatē: magisq; ducis negligētia: q̄ uirtute hostiū quę cōtigerāt esse dicebat. Decere se putās pp pōdus iperii tristiora cōtē nere uideriq; malis oibus supiorē aium gerere. Verūtamē curis ange batē mētis eius pturbatio, cū deliberaret cui nā motū crederet ori-

tem qui una & iudęos rebellantes ulciſceretur proximaſq; his natiões ſimili morbo cor
reptas ante caperet. Inuenit igitur ſolum Veſpaſianũ his neceſſitatibus parem & qui tã
ti belli magnitudinẽ ſuſtinere poſſet uirum ab adoleſcentia uſq; ad ſenectutẽ bellis exer
citatum: & qui populo ro. iam pridem pacaſſet heſperiã germanoq; tumultu cõcuſſam:
armiſq; ante illud tẽpus incognitã britãniam uẽdicaſſet. Vnde patri quoq; ipſius clau
dio præſtiterat: ut ſine ꝓprio ſudore triumpharet. Itaq; his uelut oĩbus fretus uero: ęta
temq; illius cũ peritia ſtabilem cernẽs obſideſq; fidei liberos: eoq; q; florẽ munus eſſe pa
ternę prudentiæ: iam tũ fortaſſe de tota republica deo aliquid ordinante. mittit eũ ad re
gendos exercitus in ſyria cõſtitutos: multis pro tẽpore blandimẽtis atq; obſequiis ani
matũ qualia neceſſitas imparare conſueuit. Ille autẽ protinus ex achaia ubi cum Nero
ne fuerat: Titũ quidẽ filiũ ſuũ dirigit alexandriã ut inde quintã item decimam legiones
moueret. Ipſe uero tranſmiſſus ad helleſpontũ terreno itinere ſic ſyriam peruenit ibiq; ro
manas uires multaq; a uicinis regibus auxilia cõgregauit. At iudæi poſt malam ceſtii
pugnam inſperata fœlicitate ſublati: animoq; ipetus cohibere nõ poterant. Sed tanquã
fortuna eos exagitante perciti bellũ ulterius producebãt. Deniq; omni quanta fuit ma
nu pugnaciſſima cõgregata Aſcalonẽ petierũt. Ea ciuitas antiqua eſt ſeptingentoq; &
xx. ſtadiorũ ſpatio ab hieroſolyma diſtans: & iudæis ſemper inuiſa: quę res fecit ut etiam
tunc primis eoq; incurſib9 proprior uideret. Tres aũt uiros aggreſſionis duces hẽbant:
& corporis uiribus & prudentia præſtantiſſimos: Nigrũ peraſtã: & ſyllã babyloniũ: &
Ioannẽ Eſcum. Aſcalon enim ualidiſſimo quidẽ muro cincta erat: ſed uacua pœne prę
ſidiis. Vna enim cohors eam peditũ & una equitũ ala tuebatur: quibus pręfectus erat
antonius. Illi quidẽ ira multa uelocius itinere peracto: quoniã ex propinquo uenirẽt pre
ſto erant. Antonius uero nec enĩ eoq; fore ipetum neſciebat equites iam de ciuitate duxe
rat & neq; multitudinẽ ueritus uel audaciam: primas hoſtiũ coitiones fortiter ſuſtinuit:
murumq; properantes aggredi refrenauit. Itaq; iudæi q; cũ petitioribus imperiti: & pe
dites cũ equitibus cũ ſtipatis: aut inordinati leuiterq; armati cũ inſtructis pluſq; idigna
tioni quam conſilio tribuentes: cum morigeris & nutu rectoris oĩa facientibus dimica
turi: facilis erat aduerſariis labor. Nam ut ſemel eorũ primæ ab equitibus turbatæ ſunt
acies fugam petunt: & muq; uerſus ſe a tergo urgentib9 icedẽtes ſuimetipſi hoſtes erãt:
donec omnes incurſibus equitũ uicti per totũ campũ diſperſi ſunt: qui fuit plurimus to
tuſq; habilis equitantib9: quod quidem romanos iuuit: ut magna quidẽ ſtrage iudęos
proſternerent. Nam & fugientes pręuertendo torquebant: & quos occupaſſent curricu
lo tranſfigendo infinitos peremere. Alii uero alios quocũq; ſe uertiſſent circũdatos exa
gitantes facile iaculis opprimebãt. Et iudęis quidem propria multitudo per deſperatio
nem ſalutis ſolitudo uidebatur. Romani uero licet in bello pauci eſſent: rebus tamẽ ſe
cundis animati etiam ſuperfluere ſibi uidebantur. Et illi quidem res aduerſas ſuperare
certabant dum cito pudet fugere: mutariq; fortunã ſperant. Romanis autem in his quę
proſpere agerent minime laborãtibus: ad maiorẽ uſq; diei partem pugna protracta eſt:
donec iudęorum quidem perempta ſunt. x. milia: duoq; duces ioannes & Syla. Cęteri
uero & pleriq; ſautii cũ Nigro qui unus reſtabat ex ducibus: i ciuitatẽ idumeę quę chal
lis dicitur confugere. Nonnulli tunc etiam romanoq; i illo pręlio uulnerati ſunt. Sed nõ
iudęoq; ſpiritus clade tãta ſedatus eſt: multoq; magis eoq; dolor icitauit audaciã & cõiici
entes quantum ante pedes mortuoq; iaceret: priſtinis rebus fœliciter geſtis ad plagam
alterã illiciebãtur. Deniq; paruo tpe itermiſſo q; ne curãdis quidẽ uulneribus ſatis eſſet:
cũctiſq; aggregatis uirib9 maiore cũ idignatiõe: multoq; plures aſcalonẽ recurrebãt: ea
dẽ ſe preter imperitiã: aliaq; belli uitia comitante fortuna. Etenim cũ antonius qua trãſi

turi fuerant poſuiſſet inſidias ex improuiſo in eas dilapſi & ab equitibus circundati: pri
uſq; ſe ad pugnam cõponerent: iterum ſuper octo milia procubuerunt: cęteri uero oẽs
aufugerunt. Cũq; his niger multis dum fugeret magni animi facinoribus demonſtra
tis: & quoniam hoſtes inſtarẽt in turrim quandã tutiſſimã compelluntur alicuius uici:
cui nomen eſt baldezel. Antonius uero cũ ſuis ne uel moras circum turrim quę inexpu
gnabilis eſſet diu tenerent: uel ducẽ hoſtiũ fortiſſimũ uiuũ relinquerent: ignẽ muro ſup
ponunt: turriq; inflammata romani quidẽ exultantes recedunt: quaſi etiã nigro cõſum
pto. Ille autem in caſtelli ſpecus intimũ ex turri ſaltu demiſſus cuadit: triduoq; poſt ſo
tiis cum fletu cum ad ſepulturã inueſtigãtibus: ſeſe oſtẽdit: gaudioq; iſperato repleuit
omnes iudęos: tanq; deꝯ puidẽtia dux eis in poſterũ reſeruatus. Cap. ii. Et ueſpa
ſianus antiochiam exercitũ ducens quę ſyrię metropolis eſt: magnitudine ſimul aliaq;
fœlicitate ſine dubio tertium iter omnes quæ in romano orbe ſunt locũ obtinens: ubi
etiam aduentu ſuo regẽ agrippam cũ omni manu propria offenderat præſtolari ad pto
lomaidam properabat. In hac aũt ciuitate occurrerunt ei ſephori ciues oppidũ galyleę
colentes: ſolii mẽte pacata: qui tam ſuę ſalutis prouidentia quã romanorũ uirium gnari
etiam priuſq; Veſpaſianus ueniret: Sentio gallo fidem dederãt: dextraſq; iunxerunt: &
pręſidium militare ſuſceperant. Itaq; & benigniſſime a duce ſuſcepti alacri animo etiã
contra gentiles ſuos auxilia promiſerant. Quibus interim Veſpaſianus ultionis cauſa
poſcẽtibus equitum peditũq; tantum numerũ tradidit: quantũ obſtare poſſe arbitraba
tur incurſibus: ſiquid iudæi cõmouere tentaſſent. Non enim minimũ eſſe uidebatur fu
turi belli periculũ: auferri ciuitatem ſephorim Galyleę maximũ & in loco tutiſſimo cõ
ditam: totiuſq; gentis futurã præſidio. Cap. iii. Duæ ſunt aũt galyleę quæ ſuperior
& inferior appellãtur: eaſq; phenice & ſyria cingunt. Diſcernit uero ab occidente ptolo
mais territorii ſui finibus quondã & galyleorum: Nũc autẽ mons tyriorũ carmelus cui
coniuncta eſt gaba ciuitas hippeon hoc eſt equitũ quę ſic appellatur ex eo q; equites ab
herode rege dimiſſi coloni deducebant. a meridię autem ſamaritis & ſcytopolis uſq; ad
flumen iordanẽ: ab oriente uero ioppa & gadaris: ſed & gaulanitide diſtinguitur quæ etiã
regi agrippæ fines ſunt. Septẽtrionales autẽ eius tractus tyro itemq; tyriorũ finibus ter
minatur. Inferiores quoq; galyleę fines quã longi ſunt ex tyberiade ad zabulon cui uici
na eſt in locis maritimis ptolomaienſium ciuitas propagatur. Latitudine autẽ patet ex
uico ſalothi qui in magno campo ſitus eſt uſq; ab berſaben: unde etiã ſuperioris galyleæ
latitudo icipit uſq; ad Baca uicũ qui terrã dirimit tyriorum. Lõgitudo uero eius a talla
uico iordanis proximo uſq; ad berothe tenditur. Sed cum tanta ſint utręq; magnitudie:
tantiſq; gentibus alienigenis cinctę: ſemper tũ omnibus belli periculis reſtiterunt. Nã
& pugnaces ſunt ab infantia galylei: & omni tempore plurimi: neq; aut formido unq;
uires aut eorũ penuria regiones illas occupauit: quoniã totę opimę & fertiles ſunt: om
niumq; generũ arboribus conſitę: ut etiam minime agri colendi ſtudioſos ubertate ſui
prouocent. Deniq; excultę ſunt ab incolis totæ: nec pars ulla eſt otioſa: quin & ciuita
tes ibi crebræ ſint: ubiq; multitudo uicorũ propter opulentiam populoſa: ut qui ſit bre
uiſſimus ſupra. xv. milia colonoq; habeat prorſus: ut etiã ſi quis magnitudine minorem
galyleam dixerit quã trans fluuiũ regionẽ uiribus tamen eam prętulerit. hæc enim om
nis eſt in opere aſſidueq; fructuũ ferax: ut illa q; trans flumen eſt licet multo maior ſit:
plęraq; tamen aſpera atq; deſerta eſt: & nutriendis fructibus mãſuetis inhabilis. Galy
leę uero mollicies & ingenium fructuoſum cãpos hẽt cũ uariis arboribus conſitos: tũ
maxime oliuetis ac uinctis & palmetis excultos. Irrigatur autem abunde mõtanis tor
rentibus ac fontibus aquę perẽnis: quotiens illi ſirio æſtuante defecerint. Et longitudo

quidem eius est a macherunta in Pellā. Latitudo uero a philadelphia usq; ad iordanē. Et pella quidē quam supradiximus septentrionalis eius est tractus. Occiduus uero ior danis: meridianus autē moabites regio terminat. Ab oriente autē arabia & salbonitide necnon & philadelphia: itemq; gerasīde clauditur. Samariensis autem regio inter iu dæam quidē & galyleam sita est: incipiēs enim a uico in planicie posito: cui nomen ge nanię in Arabatenam definit toparchiā: sed natura nihil ab iudęa discrepat. Nā utręq; montuosę sunt & campestres agroq; colendo molles atq; opimę: necnon & arboribus plenæ: pomisq; tam siluestribus quā mansuetis abundāt: eo q; nunq̄ natura sint aridæ imbriumq; satis habent. Dulces autē per eas multimodis aquę sunt: boniq; graminis copia. prę ter alias earum pecora lactis abundant: quodq; maximū uirtutis atq; opulen tiæ specimē est utraq; uiris referta est. His autē finitimis Anunath uicus q etiā borceas appellatur iudęę limes a septentrione. Meridiana uero pars eius si in lōgitudine metia re adiacenti uico arabū finibus terminatur: cui nomen est iordano. At iudęę latitudo ex iordane flumie usq; ad ioppen explicatur: media uero ciuitas eius est hierosolyma. Vn de quidā non sine ratione umbilicū eius terrę id oppidum uocauerunt. Sed nec marinis quidem delitiis caret a ptolomaida usque locis extenta maritimis. in. xi. autem sortes di uisa est. quarum prima est regnū quod optinet hierosolymorū ciuitas præ cæteris inter omnes accolas eminens uelut caput in corpore. Aliis uero post hæc toparchię sunt di stributę. Cosna est secunda: & post eam atrabata est. Deinde theana: & lydda: itēq; ami neus: & pelle: & idumeæ: & angadra: & herodium & hiericus post quas iānia & ioppe si nitimis præsunt: & præter hanc gamalitica & gaulanitis & bathania & traconidis: quæ etiam regni agrippæ partes sunt. Eadem uero terra incipiens ex monte libano & fonti bus iordanis: usq; ad tyberiadis proximū lacum latitudine pandit. Ex uico aūt qui appel latur pharphasus qui ad iuliadam oppidū tendit latitudinē & habitatur ab incolis iudę is una syrisq; permixtus. Cap. iiii. De iudæa qdem & quibus esset cincta regiōibus, quā maxime potui breuiter exposui. Quod aūt Vespasianus miserat auxiliū sephoritis: hoc est equites mille: sexq; milia peditum: placido eos regente chiliarcho castris in ma gno campo positis bifariā diuidūtur. Et pedites quidem in ciuitate ipsius tuendæ causa: equitatus uero in castello degebant. Vtrinq; aūt assidue procurrendo & circum eas regio nes loca omnia incursando. magnis incommodis iosippū eiusq; socios q̄uis quietos affi ciebant. Et præterea ciuitates extrinsecus deprędabātur: eorumq; conatus si quando ex currendi habuissent fiduciam, repellebant. Sed iosippus quidem aduersus ciuitatem im petum fecit: sperans eam posse capere quam ipse anteq̄ a galyleis disisteret ita muris cin xerat: ut romanis quoq; esset inuicta. Vnde etiam de spe decidit: cum & ui & suasu infir mior sephoritis fuisset inuentus: magnūq; in iudæa bellum accendit romanis indigne se rentibus insidias. Et propterea nec die nec nocte ab agroꝝ depopulatione cessantibus: sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent. Qui tamen cum mortem pu gnacibus semper inferrent, imbelles ad seruitiū capiebant. Ignis uero & sanguis galyle am totā repleuerat: nec qsq̄ expers eius acerbitatis aut cladis erat: unā salutis spem fugi entes habebāt in ciuitatibus quas murorum ambitu Iosippus communierat. Cap. V.

Titus autem alexandriā transmissus ex achaia citius quā per hyemen sperabatur ma num q̄dem militum cuius causa directus fuerat suscepit: contemptoq; usus itinere matu re ad ptolomaidam peruenit. Cunq; ibi patrem suum reperisset duobus quæ ille secum habebat agminibus erant autem nobilissimę qnta & decima legiones: iunxit etiā quas ipse adduxit qntam & decimam. Eas aūt sequebant etiam decem & octo cohortes qui bus accessere ex cęsaria cum unaquaq; ala equitum & alæ gnq; syriorum itidem equitū

Decem autē cohortū singulæ mille pedites habebāt: in cęteris uero tresdecī sexcenti pe dites: & cēteni uiceni eqtes erāt. Satis autē auxiliorū ēt regibus congregatū est. Antio chus enim & Arippa & Semus bina milia peditū & sagittarios equites mille prębuerūt: cum Arabię quoq; rex Malchus pręter quinq; milia peditū equites mille misisset: quoꝝ pars maior erāt sagittarii: ut tota manus cōputata cū regiis. x. milia circiter peditū equi tumq; colligeret præter calones q plurimi sequebantur: & meditationi bellicę assueti ni hil a pugnacissimis aberant: q; tempore quidē pacis dominorū exercitationibus interes sent: belli autē pericula cū ipsis experirētur: & neq; peritia neq; uiribus a quoquam nisi a dominis uincerentur. Cap. vi. Qua quidem in re nimis admirandā quis existima uerit romanorū prouidentiā ita seruos instituentiū: ut nō solū uitæ ministerio: sed belli etiam necessitatibus utiles sint. Quod si quis eorum aliam quoq; respexerit militiæ dis ciplinam: profecto cognoscet tantū eos imperiū non fortunę mūere: sed propria uirtute quęsisse. Armis enim uti non ex bello cœperūt: neq; solum si necesse sit manus mouēt: cum in pacis ocio cessauerint: sed armis ueluti natura cohęrentes nullas capiūt exercita tionis indutias: nec tempora pręstolantur. Meditationes eorū nihil a uera contentione discrepāt: sed in dies singulos militū quisque oībus animis tanq̄ in procictu positus exer cetur: quo etiam facillie prelia tolerant. Nec enim uel ordo neglectus eos a cōsueta dis positione dispergit: neque metus ab assumptis dimouet aut lassitudo. Vnde sequitur ut sp superent quos non itidē confirmatos inuenerint. Nec errauerit si quis eorū meditatio nes conflictus esse dixerit sine sanguine: contraq; prælia meditatiōes esse cum sanguie. Nec enim cursu capi faciles sunt hostibus: sed quocunque in hostilem terram irruperint ante castrorū munitionē nunquam prelių sumunt. Quę qdem non leui opere neque in quo loco erigunt nec omnes inordinate describunt: sed si quidē inęquale solum fuerit cō planatur. iiii. uero angulis eorū dimensio designatur. Nam & fabrorū multitudo & fer ramentoꝝ copia quę usus extructionis poscit: sequtur exercitum: & iterior qdem pars ca strorum tabernaculis distrubuitur: ambitus autē eorū extrinsecus muri faciem præfert: ordinatis etiam turribus pari spatio dispositis: quaꝝ interualla tęlis atque ballistis ali: sq; machinis saxa iacientibus omnibus instrumentis missilių complent: ut cuncta scili cet iaculorū genera in promptu sint. Ex omni autem muri parte. iiii. portas ædificant tā iumentis aditu faciles quam ipsis siqd urgeat intro currentibus latas: intus autē castra uici spatiis interpositis dirimunt mediaque rectoꝝ tabernacula collocant: & inter hęc ducis maximi medium templo simillimum prorsus ut quasi repentina quędam ciuitas existat forumque & opificum statiōes & sedes militum primatibus ordinūque principi bus ubi si quę sint inter alios ambiguitates iudicent. Ipse uero ambitus & omnia quę in eo sunt multitudine simul & scientia fabricātium opinione citius cōmunitur. Quasi res urgeat fossa extrinsecus cingitur depressa cubitis. iiii. parique spatio lata. Armis autem septi per contubernia cum decore atque otio in tentoriis agunt: oīaque ab his ordinate etiā alia caute quæ per cōtubernia expediunt: ueluti si ligno aquaue opus sit aut frumē to. Nec enī cęna uel prandiū cum uoluerit in ptāte cuiusque est. Simul aūt oībus somnus & excubię & uigilandi tpa buccina significant. Neque enim est omnino qcq̄ quod sine edicto geratur. Mane aūt milites quidē ad centuriōes: illi uero ad chiliarchos conue niunt salutatū: cum qbus ad summū oium ducem uniuersi ordinum principes. Ille autē his signū aliaque dat ex more p̄cepta perferenda subiectis: quæ quidē etiam cum in acie sunt agentes citius parent: ut si res exigat incursibus eius itemque reuocationibus uni uersi piter obsecundent. Cum aūt castris egrediendum est turba indiciū facit: nemoque ociosus est. Sed uel solo nutu moniti tabernacula colligunt: oīaque ad profectionem in-

ſtruunt. Deinde iteꝝ turba ut ſint pati ſignificat. Illi ãt cum multos & iumẽta ſarcinis onerauerint uelut in curruli certamine ſignũ expectant. Caſtra uero incẽdunt & q̃ ſibi alia munire facile ſit: & ne quãdo hoſtibus eadẽ uſui ſunt. Et tamen tertio quoque tubę ſigno indicant: ut exeatur: urgẽdo aliq̃ ex cauſa morantes ne quis ordinem deſerat. Dex tracq; ducí p̃co aſtans ter ſi ad bellũ parati ſunt: uoce patria percontatur. Illiq; totiẽs ala cri & magna uoce paratos eſſe ſe reſpondẽt: interrogantẽq; p̃ueniunt & martio quidẽ ſpiritu repleti cũ clamore dexteras erigunt. Deinde ocioſe: & cũ omni decore ꝓgredien tes ambulant ſuũ quiſq; ordinem uelutin bello cuſtodiens: pedites quidẽ thoracibus & galeis ſepti: & ex utroq; latere ſicas ferentes. Leuus aũt gladius multo eſt longior: cum dexter menſurã palmæ non excedat. Qui uero ducẽ ſtipant lecti pedites ſcuta & lance as portant: cætera manus haſtas & clypeos longos ſeramq; & corbẽ & ſarculũ & ſecu rim & habenam & falcẽ & catenam triduiq; uiaticũ ut parum interſit inter onuſta ani malia & pedites. Equitibus autẽ ad dexterã gladius eſt longior: & cõtus in manu: trãſ uerſuſq; ad equi latera clypeus ternaq; ſuper pharetrã uel amplius dependent lata cuſ pide iacula nihil ab haſtis magnitudíe differentia. Caſſides uero & thoracas peditibus habent ſimiles: nulloq; armorũ genere diſcrepãt: & in his equitũ lecti qui circum ducẽ morãtur. Agmen autẽ ſemper cui ſorte id obtigerit antecedit. Talia quidẽ ſunt romão rum itinera & manſiones: itẽq; armorum uarietas. Nihil uero nec in prẽliis incõſultum aut ſubitum agunt: ſed oía ſemper ſequuntur facta ſententia: opuſq; adhíbetur ante de cretis. Vnde aut minime peccant: aut ſi peccauerint facilis eſt errati correctio. Fortunę autem ſucceſſibus meliores conſiliorũ etiam ſi aliter ceſſerit arbitrantur euentus: quaſi bonum quidẽ fortuitũ illiciat: ut díuina prouidentia nõ eſſe credatur. Quę uero ante co gitata fuerint etiam ſi aduerſus caſus exceperit, beneiam meditatos exhibeant ad ca uendũ ne idem rurſus eueniat & bonoꝝ quidẽ fortuitorũ non is author ſit cui continge rint: totum uero quæ innoxiis acciderint: ſaltẽ q; rectum conſiliũ cœperint, uídeatur eẽ ſolatio. Armorũ quidem exercitatione comparãt: ut non modo corpora: ſed animi quo q; militum fortiores ſint. Maior tamen illis eſt ex timore diligentia. Namq; leges apud eos non deſertionis ſolum: uerũetiam minimę negligẽtiæ ſunt capitales: duceſq; magis quã ipſe leges terribiles. Nãq; bonos honorãdo redimũt: ne in coercẽdis noxiis ſint cru deles. Tãto ãt obſeqo rectorib9 pent: ut & in pace ornamẽto ſint: & in acie corpus unũ toti9 cõſpiciat exercit9. Sic eoꝝ copulati ſunt ordíes: ita circũduci ſunt mobiles: & acu tis auríb9 ad p̃cepta: oculiſq; ad ſigna: & ad opera manib9 unde facere qdẽ ſemper ſtrẽ nui ſunt: pati uero tardiſſimi. Nec eſt ubi prẽliantes aut multitudinem hoſtiũ ut cõſilia ſenſere ducum: aut difficultatẽ regionum: ſed ne fortũę quidem ſuccubuere. Nã & eam certiorem putant eſſe uictoriã. Quorũ igitur actus ex conſiliis incipiunt deliberãtibus: adeo ſtrennuus paret exercitus: quid mirũ ſi euphrates ab oriente & oceanus ab occi dente: itemq; a meridiãe tractu líbyæ fertiliſſima regio: & ſeptẽtrione rhenus atq; iſter ſunt imperii limites: cum minorẽ eſſe poſſidentibus poſſeſſionẽ recte quis dixerit. Hęc ego proſecutus ſum nõ tam prꝺoſito laudandi romanos: quam ſolatio deuictorum: & ut nouarũ reꝝ cupidos deterrerem: fortaſſe autem ad experientiã proderit bonarum ar tium ſtudioſis romanę inſtituta militiæ neſcientibus: redeo tamen unde digreſſus ſum.

Cap. vii. Veſpaſianus quidem una cũ Tito filio ſuo in ptolomaide interim degens ordinabat exercitũ. At uero q galyleam ꝓuaſerat placidus ubi maximã eoꝝ quos com prehẽdiſſet multitudinẽ interemit: hæc aũt fuit galyleoꝝ imbecillior turba animiſq; de ficiens: pugnaciſſimos autẽ uidit ſp in ciuitates cõfugere: quas Ioſippus cõmunierat: in iotapata quæ oíum tutiſſima erat impetũ uertit: exiſtimans eam repentino aggreſſu fa

cillime captum iri: magnãq; & ſibi ex ea reliquos apud rectores gloriã comparãdam: & illis cõmodum ad reliqua maturius explicanda: quaſi metu ceſſuris aliis ciuitatibus: ſi quę ualidiſſima eſſet occupatã uidiſſent. Multũ tunc opinione deceptus eſt: Iotapatæ enim cũ eius impetũ prẽſenſiſſent prope ciuitatem aduenientẽ excipiunt: egreſſiq; cum romanis ex improuiſo plurimi & ad pugnã parati: necnõ & alacres quippe ut ꝓ ſalute patrię: item coniugũ liberorũq; dimicãtes: in fugã eos uertunt multoſq; ſautiant: ſeptẽ ſolum iterfectis: quia neq; ſolũ inordinate pugna diſceſſere: ſeptiſq; undiq; corporibus leuiter fuerant uulnerati: cũ iudęi magis quoq; eminus iaculari quã manus conſerere in ermes cum armatis confiderent. Ex ipſis autẽ iudæis tres ceciderũt: paucis prẽterea ſau tiatis. Placidus quidem q̃ impetu ſuo languidior inuentus eſſet aufugit. Cap. viii.

Veſpaſianus uero ipſe galyleã cupiens inuadere: ex ptolomaide proficiſcitur ordi nato militũ itinere: ſicut romani cõſueuerũt. Auxiliatores uero qui leuius armati eſſent: itemq; ſagittarios prærire iuſſit ad repentin.os incurſus hoſtium cohibendos: & ut ſuſpe ctas atq; oportunas ſiluas inſidiis ſcrutarentur: cum quibus etiã erat romanoꝝ armata portio. Eos autẽ ſequebãtur de ſingulis hecatontarchis. Deinde equites peditesq; arma turam ſuã ferentes mẽſuraſq; caſtrorũ. Poſt hos ſtratores uiarum ibant: qui aggeris ma ligna corrigerent: ac deuia complanarent: ſiluaſq; obſtantes præciderent: ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde ſuas itemq; ſubiectorũ ſibi rectorũ ſarcinas: & tui tionis cauſa multos cũ his equites ordinauit. Poſt quos ipſe ueniebat: lectos pedites eq teſq; necnon & lancearios ſecum ducęs. Equitumq; p̃terea ſuoꝝ agmine comitatus. De ſingulis enim turmis proprios centũ & uiginti equites deputatos habebat. Hos ſeque bant qui expugnandis ciuitatibus machinas & cætera tormenta portarent. Deinde re ctores: itemq; prefecti cohortibus: chiliarchi ſtipati lectis militibus. Et poſt hos circũ aquilam ſigna alia: quę oíbus apud Romanos agminibus præeſt: quod & uniuerſarũ auium regnũ habeat: & ſit ualidiſſima. Itaq; illã & principatus inſigne putant: omẽq; uictorię quodcunq; bello petierint. Sacras uero ſignoꝝ effigies: itidẽ ſequebantur cor nicines: & poſt eos acies in latitudinẽ ſenis digeſta militibus. Hiſq; adhęrebat ex more quidam hecatontarchus: diſciplinę atq; ordinis cuſtos. Seruí autẽ ſingulorũ agminum cuncti cũ peditibus erant: mulis aliiſq; iumentis aduehentes militũ ſarcinas. Omnium uero agminũ poſtrema erat mercenaria multitudo: eamq; armoꝝ coactis ſequebantur armati pedites equiteſq; non pauci. Itaq; pacto itinere Veſpaſianus cum omni exercitu ad fines galyleę peruenit: ibiq; poſitis caſtris q̃uis promptos ad bellũ milites contine bat: una & oſtendendo exercitũ quo hoſtes metu percelleret: ſpatiumq; indulgẽdo pę nitudinis: ſi quis ante prẽliũ uoluntatẽ mutaret. Nihilominus aũt murorum iſtruebat obſidium. Itaq; multos quidẽ rebelliones fugere uel ſolus fecit ducis aſpectus: metũ ue ro uniuerſis incuſſit. Ioſippus enim eiuſque ſocii qui nõ longe a ſephorí caſtra poſuerũt: ubi bellũ appropinquare cognouerunt: & iam iamq; romanos p̃lio ſecum cõgreſſuros non modo ante pugnã: ſed antequã hoſtes omnino conſpicerent fuga diſiecti ſunt. Cũ paucis aũt relictis ioſippus ubi ſe aĩaduertit: neq; ad excipiendos hoſtes ſufficientẽ ma num habere: iudæorũq; animos concidiſſe: ac ſi fides his haberetur: pleroſq; libẽter ad hoſtes defectum ire. iam tum qdem bello omni conſcebat quam longiſſime autẽ pericu lis abeſſe decreuit: abductiſq; qui ſecum remanſerant intiberiada confugit. Cap. ix.

Veſpaſianus aũt gadarenſium ciuitatẽ aggreſſus primo impetu capit: q; eã pugna ci multitudíne uacuã repperiſſet. Deinde hinc tranſgreſſus interius cunctos etiam pu beres interfecit: cũ romanos odio gẽtis & cladis memoria quam pertulerat ceſtius nul lius ętatis miſericordia cõmoueret. Incendit autẽ nõ ſolũ ciuitatẽ: ſed etiam oẽs circum

uicos & municipia quædã penitus desolata. Nonnulla uero quoq; habitatores ipse cœ pisset. Iosippus aũt quam tuitionis cã optauerat ciuitatẽ ipse metu repleuit. Nã tyberi enses nusq; cum nisi de cõi bello desperasset in fugã uersum iri credebãt: neq; in hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio. Videbat enim res iudæoq; quorsum euaderent: unamq; illis uiam salutis esse si propositũ mutauissent. Ipse uero quãuis adhuc speraret a romanis ueniã tribuendam mori cũ spe uoluisset quã prodita patria cũ dedecore administrationis sibi creditę apud illos fœliciter ageret cõtra quos fuerat missus. Decreuit igitur hierosolymam primatibus quẽadmodũ sese res haberẽt cũ fide perscribere: ne uel nimis extollendo uires hostiũ timiditatis postmodũ argueretur. Vẽl minus aliquid nũciando fortasse cœpti etiã pœnitentes ad ferociã reuocaret: atq; si fœdus eis placeret cito referi berent: aut si bellandũ esset dignũ ei contra romanos exercitum mitterent. ille quidem hac epistola scripta mature dirigit qui in Hierosolymam litteras ferret. CAP. X.

Vespasianus aũt iotapata excindere cupiẽs: nam in eã plurimos hostiũ refugisse cognouerat: & pręterea ualidissimũ hoc eorũ esse receptaculũ præmittit pedites cũ equitibus qui montanũ iter coæquarent saxis asperũ ac peditibus quoq; difficile: omnino uero equitibus inuiũ. Et hoc quidẽ quatriduo fecere quod iussum est: latãq; apuere exercitui uiã. Quinto aũt die Iosippus qui mensis maii uigesimus & primus erat: prior in iotapata ex tiberiada uenit: abiectosq; iudęorũ spiritus erigit. Cũ uero transitũ eius Vespasiano quidã transfuga nunciasset: utq; mox ciuitatẽ peteret incitaret: uel uti cum ea totã iudęam capere posset: si iosippũ lu biugasset. Hoc ille nuncio proxima fœlicitate ęperceptо dei prouidentia factum ratus: ut qui hostium prudentissimus uideretur: ultro se ẽt in custodiã traderet uoluntariã: statim qdem cum eqtibus mille placidum præmittit: unaq; ducẽ primũ Ebuciũ tam manu quã prudẽtia uiq; insignẽ circũuallare ciuitatem iussos: ne clam inde Iosippus elabereť. Postero aũt die cuncta manu cõmitatus ipse cõsequitur. & post meridiẽ usque acto itinere ad iotapata peruenit. Abductoque in septẽtrionalem eius partẽ exercitu in quodam tumulto castra ponit distante ab urbe stadiis. vii. consulto aũt quam maxime cõspici ab hostibus affectabat: ut uisu attoniti mirarentur. Quod etiã factum est eosq; tantus cõtinuo stupor inuasit: ut muris egredi nullus auderet. At romanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatẽ statim aggredi piguit ob eandem cãm duplici acie circundato oppido: tertiũ extrinsecus agmẽ equitum posuere: oẽs iudęis exitus obstruentes: sed ea res illos in salutis desperatione audaciores effecit: quippe in bello nihil est necessitate pugnacius. Itaq; postridie impetu in muros facto iudæi primo quidẽ locis suis manentes: romanis castra ante muros habentibus resistebãt. Postea uero quã Vespasianus & sagittarios & fundibulatores: omnẽq; iaculorũ multitudinem adhibitam: missilibus in eos permisit uti: atq; ipse cũ peditibus in aduersum collem unde murus expugnabilis erat niti cępit, tunc ciuitati metuens iosippus & cum eo cuncta iudæorũ prosiluit multitudo: omnesq; in romanos pariter irruentes: procula muris eos deterruere multa manu simul & audacia patrando facinora: neq; minora patiebantur tunc quã faciebant. Nam quantũ ipsos salutis desperatio tantũ pudor incendebat romanos. Et hos quidẽ pitia cum fortitudine: illos autẽ duce iracundia ferocitas armabat. Deniq; cum toto die pugnatũ fuisset: prœliũ nox diremit: in quo romanorũ plurimis sauciatis tresdecim interfecti sunt: iudęorũ autẽ cum sexcenti cẽnt uulnerati septẽ & decem ceciderunt. Nihil quoq; minus romanis postridie iterũ irruentibus occurrũt: multoq; fortius restiterũt: ex eo scilicet fiduciam nacti: q; eos pridie pręter spem sustinuerunt. Sed eos quoq; pugnatiores experti sunt: q; eorũ iracundiam pudor incenderat: uinci credentium nisi cito uicissent. Itaq; per dies quinq; romanis minime ab aggressione

cessantibus: iotapatenorum excursus angebant. muriq; fortius oppugnabantur. Et neq; iudęi uires hostiũ formidabant: neq; romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. Etenim iotapata paulominus tota rupes est: ex aliis quidẽ partibus undiq; uallibus immensis pręceps: ut earũ altitudinẽ oculis deprehẽdere cupientiũ aspectus ante deficiat. Ab una uero tantũ boreę parte adiri potest. ubi per transuersum latus desinentis montis ędificata ẽ. Quod quidẽ ipsum muro ciuitatis Iosippus fuerat amplexus: quo iaccessa essent hostibus superiora cacumina. Aliis uero circũ montibus tecta priusq; in eam peueniretur: a nullo poterat conspici. Iotapata quidẽ sic erat cõmunita. Vespasianus autẽ & cũ natura loci simul certandũ putans: & cum audacia iudęorũ incipere obsidionem acriter statuit: aduocatisq; sibi subditis de aggressu deliberabat. Cunq; aggerẽ fieri placuisset: qua parte murus facilis erat accessui: totum ad comparandã materiã misit exercitum: oppidoq; propinquis montibus excisis: magnaq; ui lignorum & lapidum cõgregata: scutisq; minoribus siue aneilibus ad euitãda iacula desuper missa per ualles dispositis: sub eoq; defensione aggerem cõstruebant. Nulla autẽ noxa uel minima tælorum erat quę de muro iacerent. His autẽ alii terrã ex propinquis tumulis eruentes sine intermissione suppeditabant: cunctis trifariã distributis, nullus erat ociosus. At iudęi super eorum tegmina saxa ingentia & omne tęlorũ genus immittere: quę licet minime penetrarent: magnos qdem crepitus dabant: & horribile impedimentũ erat operantibus. Tũc igitur Vespasianus machinis missiliũ circumpositis: erãt autem oẽs. clx. in eos qui super murũ astarent iussit tęla contendi: simulq; ex balistris lanceę pcurrebant: saxaq; tormẽtis ingentia mittebant: igniq; & sagittarũ frequentissima multitudo: quę non solũ murum: sed etiam tutũ intra iactũ earum spatiũ iudęis inaccessum fecere. Arabũ uero sagittariorum manus & iaculatores: itẽque fundibulatores & oẽs machinæ tęlis operabantur. Neque tñ his iudęi prohibiti ne desuper ulciscerentur quieti erant: sed excurrendo pcuneos more latronũ tegmina operantiũ dissipabant: nudatosque feriebant: uel si quãdo illi cessissent aggerẽ dissipabãt: uallorũque munimẽta cum ancilibus igni tradebãt: donec Vespasianus cognito huius incõmodi causam ex distributione operũ contigisse: q; intereiecta spatia iudęis locũ aggrediendi præberent, adunauit tegmina: cõiunctisq; pariter uiribus obreptiones hostiũ præpeditę sunt. Erecto autẽ propeagere: paulocq; minus ęquato propugnaculo: indignũ esse ratus Iosippus nihil cõtra moliri quod oppido saluti foret: conuocat fabros: murũque altius iubet extolli. Cum illa iam multis obstantibus iaculis minime ędificare posse firmarent: hãc eis defensionẽ excogitauit. Sudibus fixis per eos boum coria extendi præcepit: quæ missos tormentis lapides sinuata susciperent: quibusque repulsa tæla cętera dilaberent: & ignis humore lãguescęret. hisque ãte fabros oppositis illi murũ die noctuque operãdo: ad uiginti cubitorũ altitudinẽ erexerunt crebris etiã turribus in eo cõstructis: miniisque ualidissimis aptatis: quę quidem res romanis iam intra ciuitatem se esse credentibus magnum somnium cõparauit: tam iosippi molitione quam oppidanorum obstinatione perterritis. CAPITV. XI.

At Vespasianus certãs & calliditate cõsilii: & hostiũ audacia magis irritabat: quoniam recepta ex munitiõe fiducia romanos ultra incursabãt: inque dies singulos plia ceteruatim & cuiuscũque modi latrocinales doli & eoq; q̃ casus obtulisset rapinę aliorumque incędia fiebant: donec Vespasianus retento milite a pugna statuit obsidere ciuitatem: ut eã usui necessariorq; penuria caperet. Aut. n. coaptos inopia sibi supplicaturos: aut si ad finẽ usque in eadẽ ptinacia durauissent fame cõsumendos eius habitatores putabat: multoque faciliores pugnę fore: si post interuallũ rursus anxiis incubuisset. Itaque oẽs exitus eoq; asseruari pcepit: illi aũt frumẽti qdem aliarũque omniũ rerum intus ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitatoribus rara est in illo tractu æstiuis mensibus pluuia. Quo tẽpore obsessi etiam hoc uehementius afficiebantur: quod arcendę siti fuerat excogitatũ quodq; fieri ac uelut omnis aqua iam defecisset ęgre ferebant. Iosippus enim & cũ ciuitatẽ uideret abũdare aliis rebus forteq; animo uiros esse quo longiorẽ romanis obsidionẽ faceret: quã sperabant, iam tunc potus mensurã ciuibus ministrabat. Illis autẽ conseruari aquam penuria grauius esse uidebatur: amplioremq; cupiditatẽ mouebat q; ius bibendi liberũ non haberent: ac uelut ad extremã sitim peruentũ essent, labori cedebant. Hoc autẽ modo affectos romanos latere nõ poterant: qui eos ex aduerso colle trans murũ in unum confluere locũ: & aquę mensurã accipere prospectabant. Quo etiã balistarũ peruenientibus tælis plurimos occidebãt. Vespasianus quidẽ non multo post exhaustis puteis ipsa sibi necessitate traditũ iri ciuitatẽ sperabat. Iosippus autẽ ut hanc eius spẽ frangeret, iussit quãplurimos per murorũ minas demersa undis atq; humida uestimenta suspendere: ut omnes repente aqua perfluerent. Ex quo mœror simul romanis ac timor erat: cum tantum aquæ uiderẽt eos ludibrio cõsumere quos potus indigere credebãt. Deniq; dux belli etiam ipse quia penuria ciuitatẽ posse capere desperasset: iterũ consilium ad uim atq; arma cõuertit: Iudęis id quoq; maxime cupientibus. Nãq; nec se nec ciuitatẽ saluam fore credebant priusq; fame uel siti perirẽt mortem bello optabant. Iosippus tamẽ prẽter hoc aliud consiliũ quo sibi copia pararetur per quandã uallẽ deuiã: propterea q; minus curiose habitam a custodibus excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad quos uellet iudæos extra ciuitatẽ degẽtes ab his omnia usui necessaria: & quæ in ciuitate defecerant accipiebat mandato cõmeatibus ut plærũq; ad excubias reparent terga uelleribus tecti: qui si eos nocte uidissent canũ similitudinẽ mẽtirentur. Idq; factitatum est donec eius fraudẽ uigiles persenserunt: uallemq; cinxerunt. Itaq; tunc Iosippus non diu ciuitatẽ sustinere posse prospiciens: suamq; pariter salutẽ si uellet remanere desperans cum optimatibus de fuga tractabat. Verũ id populus sensit: & circũfusus ne sese negligeret precabatur: in quo solo recũberent. Ipsum enĩ saluti esse ciuitatis manentẽ: uelut oẽs eius causa alacri cẽnt animo certaturi. Quod si etiam capiãtur eundem solatio esse. Decere autẽ illũ nec inimicos fugere nec amicos deserere: aut quasi ex naui tẽpestate oppressa desilire qui ad eam tranquillo mari uenisset. Ipsum enim magis demersuꝝ esse ciuitatẽ cũ iam nemo audebit hostibus repugnare si discessisset cui confiderent. Iosippus autẽ quod sibi caueret occultans illorum cõmodo se exitũ parare dicebat. Nã intra ciuitatẽ manendo neq; seruatis grãde aliquid se esse profuturũ: & si caperentur una cũ his esse frustra periturũ. Obsidione uero liberatus extrinsecus maxio eius emolumento fore. Mature. n. congregatis ex territorio galyleis alio bello romanos ab eorum ciuitate reuocaturũ. tunc autẽ non uidere quod apud eos residens utilitatis afferret: nisi q; romanos ad obsidionẽ magis incitaret: ut se caperent magnipendentes. Quẽ si fugisse cognouissent, multũ eẽ de obsidionis impetu remissuros. Non flexit his populum iosippus: sed hoc circũsistere se magis incendit. Deniq; pueri & senes itẽq; mulierculę cũ infantibus flentes ad pedes eius accedebãt: cumq; oẽs complexi tenebãt: & ut fortunę socius sibi remaneret cũ ululatibus supplicabant. Non inuidia salutis eius quã tum ego arbitror: sed propria spe. Nihil enim se malo remanente iosippo existimabant esse passuros. Ille autẽ siquidem paruisset hæc preces esse ratus: custodiam uero si perum cogeretur: multũ enim ex intentione discessus etiã querelarũ misericordia fregerat remanere statuit. Cõmuniq; desperatione ciuitatis armatus: & nunc tempus est dicens pugnam incipere: cum spes nulla salutis est: pulchrumq; uitam pacisci pro laude ac forti aliquo patrato facinore in memoriam posteritatis occumbere: ad opera sese cõuertit.

Cum pugnacissimis egressus dissectis custodibus usq; ad romanorũ castra excurrebat: & nũc pelles aggeribus impositas sub quibus tendebant discerpere: nũc operibus ignẽ immittere. Posteroq; die similiter ac tertio per aliquot dies ac noctes bellando nõ laborabat. Sed Vespasianus romanos his incursibus male affectos aspiciens. nam & terga dare iudęis pudebat: & fugientes insequi armorũ pondere tardabãtur: cũ iudęi semper aliquid agentes priusq; paterentur in ciuitatẽ refugerent, armatis imperat ut eorum impetum declinarent: neue cum hominibus mortis auidis manum consererẽt. Nihil eẽ fortius desperatis. Restingui autẽ illoꝝ impetus si proposito careãt quasi flamma si materiam non inueniat. Ad hoc oportere romanos cautius quærere uictoriam augẽdę possessionis causa: non ex necessitate bellantes: per sagittarios autẽ arabum & syriæ & fundibulatores: perq; saxa tormẽtis emissa plærũq; repellebat iudæos. Nulla enim tælorũ machina quiescebat. Illi autẽ his quidem male acceptis cedebant: uerum eminus missa interiactũ subeuntes ęquis rõanis istabant: cũ neq; corpori: neq; aiæ pcerent: sed per uicem utrinq; pugnarent: suorum quisq; laboribus subuenientes. CAPITV. XII.

Igitur Vespasianus ultro se existimans longitudine tẽporis hostiũq; incursibus obsideri: cum prope iam muris aggeres ęquarẽtur: arietẽ admoueri pręcepit. Est autẽ aries immensa materia malo nauis assimilis: cuius summũ graui ferro solidatum est in arietis effigie fabricati: unde etiã nomen accepit. Dependet autẽ funibus medius ex trabe alia uelut ex trutina palis utrinq; fultus bene fundatis. Retrorsum aũt magna uiroꝝ multitudine repulsus: hisdemq; simul rursus impellentibus missus in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec est ulla tam ualida turris: aut muroꝝ ambitus adeo latus: ut etsi priores ictus fortiter sustinuerit: assiduos uincat. Ad huius periculũ rei duci romano trãsire placuit: ui capere oppidũ properanti: quoniã perniciosa uidebatur obsidio iudęis minime quiescentibus. Itaq; romani quidẽ balistis cęterisq; missiliũ machinis ut facilius ferirentur: qui de muris obstare tentassent, adhibitis utebãtur: neq; sagittarii aut fundibulatores longius aberant. Cũ uero ea causa muros nemo auderet ascendere ipsi arietẽ applicabant gradibus desuper: itemq; pellibus septũ tam pro sui defensione quam machinæ. Et primo qdem impetu mœnia cõcussa sunt: clamorq; oppidanoꝝ uelut iam capti essent maximus factus est. Iosippus aũt eundem locũ feriri: neq; multo post murũ disturbatum iri prospiciens: quo cõmento uim machinę paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis refertos: qua semp impetũ arietis feriri uiderẽt, demitti iussit ex muro: ut eo modo secundi ictus errarent: aut etiã excepta uulnera laxitas frustraretur. Quę quidem res multũ romanis moræ attulit. Nam quocũq; hi machinã conuertissent: contra illi qui super murũ stabãt paleaꝝ traducẽtes saccos ictibus supponebãt: nihilq; murus percussione lædebatur: donec etiã romani aduersus huc aliud machinati sunt. proceris enim contis exhibitis: in his summis falces quibus saccos inciderent alligarunt. Cũ autẽ hoc modo efficax esset opus arietis ac murus quia recens ędificatus erat ictibus cederet: quod reliquũ erat Iosippus: eiusq; socii ad ignis auxiliũ se cõtulerunt accensumq; totũ quod aridę fuit materiæ: tribus ex locis pariter inflãmare: unaq; machinas & ppugnacula romanoꝝ & aggeres cõcremarunt. Illi uero non sine malo subueniebãt audacia simul eoꝝ territi: & ne adiumento essent flammis præuertentibus impediti: quæ aridum nactę fomitẽ & præterea bitumen ac picem: necnon etiã sulfur opinione citius uolitabãt: operaq; romanorũ multo labore curata uniꝰ horę spatio posiderãt. Ca. xiii.

Hic etiam uir qdam iudæus predicatione ac memoria dignus inuentus est Addei filius Eleazarus: cui Salab galyleæ patria fuit. Is enim saxum ingẽs alte sublatũ tanta ui super arietẽ ex muro dimisit: ut machinę caput obrumperet: idq; ex mediis hostibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

saltu ad eos delatus auferret: nulloq; metu reportaret ad muꝝ. Postremo tanꝯ signum quo tæla mitterẽt hostibus positus nudo corpore quinq; sagittaꝝ uulneribus fixus est: earũq; nulla respecta ubi murum ascendit unde uideri ab oĩbus poterat eius audacia ibi cõstitit: cõpunctusq; dolore plagaꝝ cũ ariete decidit. Post hunc fortissimi extiterũt duo fratres Vethiras & Philippus de uico Roma galylei. Qui cum super milites decimæ legionis prosiluissent tanto ipetu uiq; transgressi sunt: ut & aciem romanoꝝ perrũperẽt: quosq; aduersum ierant oẽs infugã uerterent. Præter hos Iosippus quoq; & cętera multitudo raptis ignibus machinas & refugia cũ opibus qntę itẽq; decię & eius quę terga dederat legionis incendunt. Cęteri autẽ qui mox cõsecuti sunt & instrumenta & omne genus materiæ obruere. Cap. xiiii. Rursus autẽ romani post meridiẽ erectũ arietem ad eam muri partẽ quę prídẽ quassata fuerat appulere: ibiq; defensorũ eius quidã Vespasiani plantam sagitta percussam leuiter uulnerat: quia uis tæli spatio defecisset. Maximam tũc id romanis perturbationẽ fecit. His enim qui prope aderant uiso sanguine pterritis pomnẽ fama ccurrit exercitũ: relictaq; obsidione plæriq; cũ stupore atque formidine ad ducẽ belli concurrebant: & ante omnes titus aderat metuẽs patri. Vnde contigit ut & beniuolentia circa rectorem: & filii trepidatio cõfunderet multitudinẽ. Facile tunc pater & timore filiũ & perturbatione liberauit exercitũ. Superato enim dolore uulneris & ab oĩbus qui sui causa pertimuerunt cõspici studẽs bellũ in iudæos sæuiꝰ incitauit. Tam uelut ultor ducis quisq; omne periculum adire cupiebat: & clamore alius alium adhortantes murũ petebant. Iosippus autem cũ suis sociis licet assiduis balistarum itemq; tormentorũ ictibus caderent, nequaquã tamen deterrebãtur a muro: sed flammis & ferro & saxis eos oppetere q arietẽ protecti palmis impellerent. Nihil aũt aut parum proficiebant cũ sine intermissione procũberent in conspectu hostium positi: quos ipsi contra uidere nõ possent. Namq; & suis ignibus collucentes tamquam si dies esset & certũ erat hostibus signũ quo tęla dirigerẽt: machinisq; procul nõ apparẽtibus missilia cauere nõ poterant. Ergo propterea non tam balistaꝝ quam iaculoꝝ ui simul multi trãsfigebãtur: missaq; machinis saxa & muroꝝ mias auferebãt & frãgebãt angulos turriũ. Viroꝝ aũt nulli tã fortiter constipati erãt: ut non usq; ad extremã aciem saxi magnitudine ac uiolentia sternerentur. Sciet autẽ aliquis huius machinæ uis quantum ualet ex his quæ illa nocte cõtigere in muro cuidã ex circũstantibus. iosippo caput auulsum est: eiusq; ad tertiũ stadiũ uelut funda excusa caluaria. interdiu quoq; prægnantis fœminæ secto utero ad dimidiũ stadiũ infans abactus est: tanta tormẽto uis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus & missiliũ strepitus. Crebri aũt mortui cum per muros deiicerentur sonabant & acerbissimus quidẽ intus excitabatur mulieꝝ tumultus: extrinsecus aũt occumbentiũ gemitus cõcrepabat: totusq; ambitus muri: ad quẽ pugnabatur sanguine cõfluebat: iamque ascendi poterat congestione cadauerum. Montibus autem resonantibus multo amplius horror is ex clamoribus accedebat: nec quicquam illi nocti defuit uel quod auribus uel oculis terrorẽ posset icutere. Plurimi quidẽ pro iocapata decertantes fortiter ceciderũt: plurimi etiã sautiati: & tamen uis circa matutinas uigilias murus assiduis machinaꝝ ictibus cessit. Cũque illi quidẽ corporibus atque armis septi eã partẽ: quę deiecta fuerat priusquã romãi põtes apponerẽt mũire. Cap. xv.

Mane aũt Vespasianus ad occupandã ciuitatẽ iam ducebat exercitũ ex nocturno labore paululũ recreatum. Idẽque cupiens de cõuulsa muri parte alios ꝓpugnatores adducere, eqtum qdem fortissimos equis dispositis trifariã collocat ut tecti armis dirutum latus undique obsiderẽt: cũctosque præ manibus ferrẽt: q; si põtes admoueri cœpissent, ipsi plures introirent. Post illos autẽ pedites ualidissimos ordinauit. Reliquam uero

equitum multitudinẽ secundũ muri spatium per montana loca distendit: ne quis fugiẽs excidium ciuitatis lateret. Deinde qui hos sequerentur constituit sagittarios paratas sagittas habere iussos. Fundibulatores quoque similiter & appositos machinis. Alios autem integris muri partibus scalas applicare pręcepit: ut qui hos prohibere tentassent de iectę partis defensionem relinquerent: cæterique omnibus simul tęlis oppressi uiolentia irrumpentium cederent. Iosippus autem hoc consilio cognito per murum quidem integrũ labore fatigatos: itemq; senes posuit quasi ledi non possent. In parte uero colapsa ualidum & potentissimum quemq; seneq; ante omnes uiros in quibus & ipse fuit ad pericula subeunda: fortitus est: hisq; pręcepit ut agminũ ululatibꝰ ne metu quatcrẽtur aures obstruerentur: contra sagittarum uero multitudinẽ cõmuniti protegerentur desuper scutis paulatimq; recederent donec sagittarii pharetras exinanirent. Si uero pontes a romanis apponerentur, ipsos prælilire mandauit: atq; hostibus per sua & eorum instrumenta resistere: unumquẽq; uero ita certare debere non quasi conseruandam tueretur: sed quasi perditam iam patriã uindicaret: atque oculis suis proponere mactari senes: ac liberos: cõiugesq; suas propemodũ ab hostibus capi: iamq; futuræ cladi iram nunc collectam in authores eius effuderent: ita quidem in utroq; disposuit. Ciuitatis autẽ uulgus otiosum mulieres ac pueri postq; oppidum triplici acie uidere circundatum: nullus enim ad pugnã translatus fuerat a custodiis strictisq; gladiis ad partem muri deiectam hostes instare: armisq; montana omnia desuper collucere: atq; arabum quendam sagittariis tela suggere: tunc extremo ululatu quasi capta urbe consonuerunt: non ut impendere mala sed ut adesse iam crederes. Quare Iosippꝰ mulieres ne misericordia suorum animos effœminarent intra domos cũ interminatione concludit silere iussas: ipse uero ad partẽ muri quæ sibi obtigerat transit: & pontes quidẽ applicantibus animũ non intendit: sed tantũ speculabat impetũ sagittaꝝ: simul aũt ac tubinices uniuersoꝝ agminũ congregati sunt pariter & grauiter ifremuit exercitus: signoq; dato missis undiq; sagittis lux obscurari cœpit. Iosippi socii memores pręceptorum: & aduersus clamorẽ obstructis auribus: & contra sagittarũ uulnera corporibꝰ cõmunitis cũ admouerentur põtiũ machinæ, ipsi eas cursu: & antequã hostes pedẽ in his ponerẽt, occupãt: eosq; ascendere nitentes pręlio deterrebant uaria manu: itẽque animis facinora demõstrantes: & ne uel in extremis calamitatibus deteriores illis uiderentur: hi qui sine periculo fortes contra illos se esse curabant. Nec prius a romanis diuellebantur quã uel caderent uel occiderent. Qui romanis defilientibus conflictu iam liberi facillime tæla dirigebant. Cap. xvi. Itaq; iudęis perpetuo dimicantibus cum nec unde mutarẽt ꝓpugnatores haberẽt: defessis autẽ Romanorũ assidue substituerẽtur: proq; his quos uiolentia repulissent, alii succederẽt, iuicem se adhortati latera copulãt: ꝓtectique desup longioribꝰ scutis inexpugnabilis globus effecti sunt: totaq; acie uelut uno corpore repellẽdo iudęos in muro iam pedẽ ponebãt: cum Iosippus his rerũ angustiis cõsilio necessitatis adhibito mira est enĩ machinis excogitãdis cũ desperatione stimulatꝰ. Feruẽti oleo profundi milites iubet scutoꝝ cõiunctiõe defensos. Id autẽ iudæi multi qui & paratũ hẽrent: & plurimũ, cito romanis infundũt: ipsis ẽt in eos aheneis missis calore buliẽtibꝰ. hęc res romanorũ ardentiũ aciem dissipauit: & cũdorole sequissimo deuoluebãtur a muro. Siquidẽ facile a uertice ad pedes usq; sub armatura oleum per totũ corpus fluebat: carnemq; nõ secus ac flãma depascebat: q; natura facile calesceret: seroq; pro sui pinguedine refrigesceret. Thoracibꝰ autẽ & galeis illigatis incendii fuga non erat. Nunc aũt saliẽtes: nũc incuruati dolore de põtibꝰ decidebãt. Ad suos aũt tuto recedere cõtra nitẽtes nõ poterãt: quoniã facile ab insequẽtibus capiebantur. Sed neq; romanis uirtus in rebus aduersis: nec iudęis prudentia defuit: romani enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet oleo perfusi mirabilia pati uiderent: tamen in eos qui perfuderant ferebantur præ-
cedentē quisq; incursando tanquā ipse impetū retardaret. Iudæi uero progressum eorum
dolo altero deceperūt cum fœno græco decocto pontiū tabulata perfunderent: quib9 il
li dilabētes retrahebātur: & neque fugientiū quisquā neq; aggredientiū firmo posset eni
ti uestigio. Sed alii quidē resupinati per ipsas pontiū tabulas calcarentur: multi uero sup
aggeres deiicerētur: & qui cecidissent a iudæis feriebātur: qui romanis desilientib9 confli
ctu iam liberati facillime tela dirigebant. Cū autē multa milites mala in hoc ppeti præ
lio dux uideret: post meridianas eos horas a pugna reuocat: quoq; non paucis obtrunca
tis plures sunt uulnerati. Et iotapata uero sex uiris mortuis: plures quā trecenti sautii trā
sfati sunt. Hoc aūt modo pugnatū est iunii mēsis die uigesimo. Cap. xvii. Et Ve-
spasianus eorum cā qui occiderant consolatus exercitū postquā ira uidet accensum neq;
tam exhortationē quam opus deposceret: aggeres quidē altius tollit. Tres uero turres
quinquagenū pedum in excelsum iubet erigi ferro undiq; tectas: & ut pondere stabiles
essent: neq; ignibus expugnarentur: easque super aggeres collocat iaculatorib9 & sagit
tariis: itemq; leuiorū missiliū machinis plenas fundibulatorū quoq; fortissimis. Qui cū
non conspicerētur propter altitudinē turriū & loricas: ipsiq; eos qui super murū astarēt
facillime cernerēt: telisq; appeterēt: cum illi neq; a uertice ueniētes sagittas facile decli-
narent; neq; ulcisci possent quos non uiderent: altitudine quidē turrium librata manu ia
cula superāte ferro aut quo erant sæpe flammis obstāte. Ob hoc igitur defensionē muri
deserūt: magisque aggredi tentātibus occurrebāt. Et iotapateni quidē ita resistebant: q̄
uis multi in dies singulos occūberent: neq; contra mali quicquā hostibus facerēt: q̄ eos
sine periculo lędere non poterant. Cap. xviii. Hisdem autē diebus Vespasian9 ad
finitimā quādam iotapatę ciuitatem euocatus cui nomē est Aphaca nouas res affectan
tem: & propterea q̄ iotapatenos præter spem restitisse audierat insolescentem, mittit eo
Traianum decimę legionis rectorem; dans ei duo milia peditum & equites mille. Ille au
tem cum oppidum contra expugnationem nouissimum repperisset: nam præter naturā
qua tutum erat, etiam muro duplici cingebatur: habitatores uero eius uidisset paratos
ad pugnam sibi obuios processisse prelium cum his committit: eosq; paulisper relucta
tos in fugam uertit: quos uestigiis consecuti romani exterioris muri ambitum quo con
fugerant cum ipsis irrumpunt. Secundum autem murum petentibus ciues sui clausere ci
uitatem metu. s. ne cum his rursus hostes intrarent: profecto autē deus galyleorum cla-
des romanis dabat: qui etiam tunc ciuitatis eius uniuersum populum exclusum manib9
propriis ad interitū hostibus dedit auidissimis cędiū. Multi enim simul ruētes ad portas
multūque nominatim prępositos inclamantes inter ipsas preces immorabātur: quibus
hostes unum murum alterū ciues clauserant & iter medios coacti muros ambitus: mul
ti quidem sociorum suis gladiis transfigebantur: infiniti uero a romanis interficiebātur:
ne uel ad ulciscendū quidē recepta fiducia. Nam præter hostilem metū etiam domestica
proditio eorum animos fregerat. Denique moriebātur non romanos sed iudæos execrā
tes: quoad omnes interiere numero hominū. xii. milia. unde Traianus uacuam esse ciui
tatem pugnatoribus reputans: & si qui adhuc intus essent: nihil eos ausuros esse existi-
mans, præ timore imperatori excidiū reseruauit. Missisq; nūtiis ad Vespasianum petit: ut
filium Titū dirigeret finē uictoriæ impositurum: ille aūt laboris aliqd superesse ratus cum
milite filiū misit: hoc est quīgētis equitib9 & peditib9 mille. Qui mature ad ciuitatē pro
fectus sic ordinauit exercitū: ut in leuo quidē latere Traianū cōstitueret: ipse uero in dex
trū obsidioi pesset. Itaque militib9 scalas muris undiq; applicātib9: cū paulisp desup ga
lyłei obstitissent cōtinuo mœnia reliquerūt. Tit9 uero comitesq; saltu demissi matur̄ ciuita

tem obtinuere: tūcq; uehemēs cū his qui se intus cōgregauere pugna cōmissa est. Nūc
per angusta uiarū irruētibus ualidissimis: nūc fœminis ex tectorum culminibus quę forte
inuenissent tela iactantibus. Et hoc qdē modo usq; ad sextā horam sustinuere cōflictū.
Assumptis aūt bellatorib9 cætera multitudo & sub diuo & per domos senes pariter ac
iuuenes mactabanť. Deniq; uirilis sexus præter infantes nullus remānsit: qui cū mulierib9
abducti sunt seruitio. Interēptorum quidem in ciuitate & in prio cōgressu numerus fuit qn
decim miliū: captiuorū autē duo milia, c. xxx. Hęc galyleis clades cōtigit quinto & ui-
gesimo die iunii mēsis. Cap. xix. Sed ne samaritæ quidem alieni a calamitatibus
remansere: hi nāq; in mōte garizin qui est illis sanctissimus cōgregati locis suis expecta
bant: belli autem minas eorum cōuentus ac spem haberet uidebatur: nec saltem uicino
rum malis corrigebātur: sed inconsulta suarū uirium infirmitate secūdis romanorū reb9
exterriti: prona in tumultū uoluntate pendebāt. Vespasiano aūt placebat motus anteca
pere: eorumq; impetus præuenire: nam & si prędidiis tota samaritica regio cincta erat:
tamē eorum multitudo qui coierant: & cōspiratio timebatur. Eaq; causa cerealē quintæ
legionis rectorē cum sexcentis equitibus tribusq; peditū milibus mittit. Ille autē ad mō
tem quidem accedere prælioq; cōgredi nequaquā tutū esse duxit: quoniā hostes plurimi
desuper essent: milites uero circūuallatis undiq; montis radicibus tota eos die custodie-
bant. Euenit autem aquæ tunc indigētibus samaritis etiam graues accendi ęstus: erat. n.
tempus æstatis: neque se rebus necessariis uulgus instruxerat: adeo ut nōnulli quidē una
die siti morerētur: multi uero eiusmodi morti seruitium præferentes ad romanos transu
gere: ex quibus cognito cerealis illos etiam qui adhuc perseuerarēt malis infractos mon
tem ascendit: & circū hostes exercitu constituto primū eos a dextera parte hortabať: at
q; ut salui esse mallent rogabat si arma proiecissent tutos fore promittens. Deniq; quia
persuadere non posset aggressus eos occidit omnes. Erant autem undecim milia & sex-
centi. Hęc iunii mensis uigesimo & septimo die gesta sunt atq; his calamitatibus Sama
ritę usi sunt. Cap. xx. Iotapatenis aūt diu durantibus: & præter spem aduersa tole
rantibus quadragesimo quidem ac septimo die romanorum aggeres super murorum al
titudinem sunt elati. Quidam uero ad Vespasianum eodem die profugus uenit paucita
tem ciuium & infirmitatem enuncians: simul q̄q; diuturnis uigiliis: prœliis assiduis con
sumpti minime quidem ulterius uim ferre possent: uerum dolo etiam caperentur si quis
instaret. Circa extremam nāq; uigiliam quando & malorum requiem habere uideren-
tur: & maxime defatigatos custodes matutinus somnus occupat dormire eos dicebat ea
demq; hora inuadendos esse suadebat. Vespasiano autem qui fidem nosset iter se iudę o
rum quantaq; superbia pœnas contenerent transfuga suspectus erat: nam & antea qui
dam ex iotapata captus omne tormentorum genus fortiter pertulit: & cum ne flammis
quidem coactus quid intus ageretur hostibus exquirentibus prodidisset, mortē deridēs
crucī suffixus est. Fidere tunc proditori coniectura faciebat. Et fortasse quidem illum ue
ra dicere: ipse autem nihil ex eius fallacia magnum sibi existimans esse metuēdum asser
uari hominē iussit: & ad occupandam ciuitatem parabat exercitum. Hora igitur quę su
erat indicata ociose ibat ad muros: primusq; incedebat Titus cū uno ex Chiliarchis Do
mitio sabino paucis ex quitadecima legione comitatus: interfectis aūt uigiliis in ciuita-
tē ingrediuntur: & post eos sext9 quidā Caluarus chiliarchus & placidus subiectos mili
tes introducendo. Arce uero occupata cū hostes in medio oppido uersarēturiāq; plane
dies esset: nec tunc quidē illi q captiuenerētur adhuc excidiū sentiebāt multo labore som
noque pariter dissoluti. Et siqs cuigilasset: nebula uisus ei9 hebetante: quę casu tūc pluri
ma se circū oppidū funderet: donec totus irrupit exercit9: soloq; maloq; periculo exsuscí

tati moriẽtesq; demũ se pisse crediderũt: romãos aũt memores quę obsidionis tpe pertu
lissent: neq; parcẽdi cuiquã neq; miserẽdi quẽquã tangebat cura. Sed ex arce plebẽ ad ꝓ
na cõpulsam facillime trucidabãt: ubi loci difficultas pugnacib⁹ negaret copiã resistẽdi.
Circũuiarum nãq; angustiis pressi ac per decliua dilabẽres fluẽte desuper bello obtege
bantur: id multos etiã qui circa iosippũ lecti erãt ut mãib⁹ ꝓpriis liberarẽtur imutauit:
nã cum se uiderent romanoꝝ neminẽ posse occidere ne romanoꝝ manib⁹ oppeterẽt pręs
uenerũt: & in extrema partę ciuitatis cõgregati semet interfecerũt. Quicũq; tamẽ uigi
lum primi captã ciuitatẽ senserũt in quadã turri septẽtrionali fuga recepti aliquãdiu qui
dẽ restiterũt. Deinde circũclusi hostiũ multitudine sero dextras dedere: hisq; instãtibus
mortẽ suam æquo aio præbuerũt. Potuissent aũt incruẽtę romani obsidionis sine gloria
ri: nisi unus ex ipsis occidisset Hecatontarchus Antoni⁹ peremptus insidiis. Nã quidam
ex his qui ad speluncas cõfugerãt (erant aũt plurimi) rogabãt antoniũ dextrã sibi por
rigere ad fidem salutis ac pręsidiũ quo tutus ascẽderet. Cũq; his manũ porrexisset icau
te super ille hasta prævẽtũ in inguine perculit: statimq; cõfecit: Illo die quidẽ imãissimã
multitudinẽ peremere romani. Postea uero secutis dieb⁹ scrutãdo latebras per cũiculos
& speluncas oẽm ulciscebãtur ætatẽ præter infantes ac fœminas. Itaq; captiui quidem
mille ducẽti cõgregati erant: quadraginta uero milia cõnumerata sunt excidii tẽpore pu
gnisq; superiorib⁹ mortuoꝝ. At uespasianus ciuitatẽ ipsam excindi iubet: castellaq; eius
omnia adhuc exurit. Iotapata quidẽ ita deuicta est tertiodecimo imperii Neronis anno
calendarum iuliarum die. Cap. xxi. Romani uero iosippũ reqrentes & propriẽ in
dignationis cã: & quod imperatori operę precium uidebatur: captus enim maxima pars
belli esset: mortuos itemq; abditos rimabãtur: ille autem in exitio ciuitatis fortunę quo
dam usus auxilio per medios se hostes surripuit: & in quendã profundum puteum saltu
demissus est: cui amplum specus adiunctum erat: in latere quod supra scrutantes uidere
non possent. Vbi. xl. quidẽ insignes uiros latitantes offendit: rerumque utilium appara
tum: qui non paucis diebus sufficerent. Hostibus autem omnia complexis interdiu qui
dem se occultauit. Nocte uero ascendens uigilias explorabat ut fugeret. Cunq; omnia
undiq; ipsius causa maxime custodirentur: neq; fallendi spes esset, in speluncam iterum
descendebat: biduumq; ibi delituit. Tertia uero die capta quadam muliere quæ cum ip
sis fuerat, indicatus est. Tumq; Vespasian⁹ propere duos chiliarchos Paulinum: & Cal
licanum iussos pacem dare Iosippo & bene hortari eum ut ascenderet, mittit. Quibus
tamen ille rogantibus postquã ad eum uenerunt: fidemq; pro salute dantibus minime
paruit. Ex his autem magis quæ pati ueritus esset qui plurima commisisset: quam ex na
turali mansuetudine rogantium suspitionem colligẽs uelut ad pœnam euocaretur time
bat: donec Vespasianus tertium quoq; chiliarchum Nicanorem iosippi notũ: atq; olim
consuetum direxit: Is aũt quam dulce in eos romanorum esset ingẽium: quos semel sub
iugasset referens: quodq; ipse Iosippus uirtutis causa magis admirabilis quã inuisus du
cibus haberetur: essetq; imperatori studium non eum ad supplicium ducere: quod etiam
sine deditione sibi liceret exigere: sed conseruare pot⁹ uirum fortem. His addebat q; ne
Vespasianus si quid dolo moliretur amicũ ad id mitteret: ut in re optima pessimam hoc
est perfidiam præexeret amicitia: neq; semetipsum illi ut amicum falleret obtemperatu
rum fore. Verum Iosippo etiam post Nicanoris dicta hæsitãte, milites quidẽ irati spelũ
cæ ignẽ submittere ꝓperabãt. Sed retinebat eos belli ductor uiuũ iosippũ capere pluri
mi pendens. Nicanore autem uaheménter instante: ubi ẽt hostilis multitudinis mias cõ
pit Iosipp⁹, nocturna somnia reminiscit: qbus ei de⁹ & futuras iudęoꝝ clades: & quę ro
manis essent euẽtura pricipib⁹ ostẽdit. Erat aũt iterpretãdis quoq; somniis idone⁹: & cõ

iectare quæ ambigue diuinitus dicerẽtur, sciebat. Qui & sacros prophetarũ libros noue
rat: q; & ipse sacerdos esset: & parẽtibus sacerdotibus ꝓcreat⁹. Illa igitur hora quasi deo
plenus: & recentium somnioꝝ quę uiderat, horrenda simulachra mẽte cõplexus occul
tas preces deo offert. Et quia iudęorũ inquit labefactari tibi rem placuit: fortũa uero ad
romanos tota migrauit: animãq; meam: quę futura prædiceret, elegisti, do quidẽ man⁹
sponte romanis & uiuo. Testor aũt q; non ꝓditor: sed tuus minister ad eos ibo. Simul
his dictis Nicanori cõsentiebat. Verũ qui una cõfugerãt iudęorũ postquã intellexerunt
iosippũ rogãtibus cędere, uniuersi circũstantes clamabãt. Certe plurimũ ẽgemiscere le
ges patrię ubi sunt quæ iudęis deus annuit: quibus mortẽ contẽnẽtes aĩas indidit, uita
iosippe captus es: lucẽq; pateris intueri seruiẽtem. q̃ cito tui oblitus es: quã multos pro
libertate mori psuasisti: Falsam profecto opinionẽ fortitudinis habebas: falsamq; pru
dentiæ si salutẽ apud eos spẽrat cum qbus ita dimicasti: aut si hęc etiã certa sunt ab illis
tamẽ te seruari cupis. Sed q̃is te romanoꝝ fortuna tui obliuione ꝓfuderit: & nos tamẽ
patrię glorię consulentes: & dexterã tibi & gladiũ cõmodabimus. Tu uero siqdem spõ
te moriare dux iudæoruꝝ: sin uero, inuitus proditor morieris. Vix hęc elocuti sunt: & in
tentatis ei gladiis occidendũ illum cõminabant si romanis pareret. Timens igitur im
petũ iosippus: & se dei pręceptoꝝ proditorẽ esse ratus: si ea non enunciasset morte præ
uentus, argumentis eos philosophię necessario tractare incipit. Et qd enim tantope ingt
o socii proprię cędis auidi sumus: aut cur amicissimas inter se res corpus & aĩam in dis
sensionẽ uocamus: mutatũ me esse qspiam dicet. Sed romani hoc sciunt optimũ esse in
bello mori: sed lege belli hoc est a uictoribus trucidari: proinde siquidem romanoꝝ fer
rum deprecor uere meo gladio meaq; manu sim dignus. Sin illi hosti parcendũ putãt:
quam iustius nosipsi nobis pepercimus: Quippe stolidũ est eadem circa nos admittere:
pro qbus ab illis dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori, & ipse fateor: pu
gnãdo tamen & illoꝝ manibus qui eam ꝓripuere: nũc aũt neq; pręlio nobis obstãt: neq;
nos interficiũt. Itidem aũt timidus est habendus qui mori nõ uult cũ opus est: & q uult
cum non oportet. Pręterea qs nos metus ꝓhibet ad romanos ascẽdere: nẽpe mortis. Er
go eam quæ ab hostibus dubię suspecta formidini ẽ, eam certũ ipsi nobis irrogabimus.
Veꝝ seruitutẽ dicet aliqs: Valde qdem nunc liberi sumus. At uiri fortis est semet occide
re: immo uero ignauissimi quãtũ opinor. Nam & gubernatorẽ timidissimũ puto: qui tẽ
pestatẽ metuẽs ante uim turbinis nauẽ sponte submergit. Quin ẽt propria manu perire
a cõi omnium aĩalium natura discrepat: eoq; mõ in creatorẽ nostrũ summũ scelus admit
titur. Nullũ est animal quod ex industria uel per se moriatur. Siquidẽ naturę lex ualidis
sima ut uelint uiuere in oibus sita est: iccirco & qui nobis adimendũ id putant hostes du
cimus & ĩsidiatores pœna ꝓsequmur. Deũ uero idigne ferre nõ arbitramur: cũ domũ eius
hõ despiciat: Ab illo enĩ accępimus ut essemus: rursumq; ut esse defineremus, illi redden
dũ est. Corpora quidẽ cunctis mortalia sunt ex caduca materia fabricata. Anima uero
semp immortalis est: deniq; pericula in corporibus collocata. Si quis ergo depositũ homi
nis surripuerit aut male tractauerit, pessimus statim ac pfidiosus hẽtur. Sic dei depositũ
ex ꝓprio corpore qui eiecerit, eũ se latuisse quẽ læserit æstimabit: Et seruos q̃dẽ fugiẽtes
ulcisci iustũ creditur: q̃is nequaquã dños fugerint: ipsi uero deũ fugiẽtes: & optimũ de
um impie facere nõ uidebimur: An ignoratis q; eorũ qui lege naturę uita exeũt acceptũq;
deo debitũ soluũt, cũ id qui dedit recupare uoluerit ꝓpetua laus domusq; ac familia sta
biles sunt: purę ãt & quæ iuocãtes exaudiãtur animæ remanẽt locũ in cęlo adeptę san
ctissimũ atq; ide rursum uoluẽtib⁹ sęculis casta corpora iubẽtur icolere: quoꝝ uero ma
nus in seipsos isanierũt, eoꝝ aĩas tenebrosior orchus suscipiet. Pater aũt illarũ de⁹ autho

res iniuriæ per nepotes ulciſcitur. Hinc & deo iuiſum eſt: & a ſapiẽtiſſimo legis noſtræ cõditore coercetur. Deniq; ſi qui ſe occiderint, apud nos quidem uſq; ad ſolis occaſum in ſepultos abiici decretũ eſt: cum ẽt hoſtes ſepeliri fas eſſe ducamus apud alios etiã dextrę iubentur abſcindi eiuſmodi mortuoꝝ quæ in ipſos armatę ſunt: quoniã ut corpꝰ ab ani ma: ita manũ eſſe a corpore alienã exiſtimarẽt. Pulchrũ eſt igitur o ſocii iuſta ſentire: ne q; humanis cladibꝰ addereut creatorẽ oĩum ĩpietate lędamus: ſi ſalui eſſe uolumus ſalui ſimus. Nec enim ſalus apud eos ignobilis eſt: quibus tantis uirtute opibus demonſtra uimus. Sin mori placet ab his occidi pulchrũ eſt qui nos cœperint. Non migrabo ego ĩ hoſtium locũ: ut ipſe mei proditor fiam. Multo enĩ ſtolidior ſim: quã qui ad hoſtes ultro profugiũt. Siquidem illi ſalutis cã id faciunt: ego uero interritus & quidẽ mei romanoꝝ tamẽ inſidias uotis expeto. Nã ſi me poſt uinctas dexteras ꝓmãt, magno aĩo paratoq; moriar mẽdacii perfidiã pro uictoriæ ſolatio mecũ auferẽs. Cap. xxii. Multa qui dẽ in hunc modũ Ioſippus ut a cæde ꝓpria ſocios dehortaretur, dicebat. Illi aũt obſtru ctis auribꝰ deſperatione qua ſe iam dudũ morti deuouerant concitantur: & alius aliũde cũ gladiis accurrentes ignauiam exprobrabãt: & quaſi eũ mox percuſſurus quiſq; ado riebatur. Ille aũt cum alium noĩatim uocaret: alium uultu ducis intueretur: alteriꝰ dexte rã præhẽderet: alium precibus exoraret uaria mẽtis affectione: ut in tali neceſſitate po tuit diſtractos, ferrum oĩum a cæde ſua prohibebat: non ſecus ut ferę beſtiæ circunclusæ ad eum ſemp: qui ſe contingeret ora cõuertens. Illoꝝ autẽ qui ducẽ ĩ extrema quoq; cla de reuerendũ putarent, debilitabãtur dextræ: gladiique de manibꝰ labebãtur: multi ſpõ te cũ manus ei afferrent, frameas dimittebãt: ioſippo autẽ non defuit in ea deſpatione cõ ſilium: ſed fretus dei prouidentia ſalutẽ in periculũ mittit. Et quoniã mori decretũ eſt in quit: agite: cędes mutuas ſortiamur & cui obtigerit: manꝰ ſequẽtis occũbat: atq; ita om nium fortuna pẽrambulet: neq; ſua dextera q̃ſq; ſubiaceat. Iniuſtũ eſt enim cęteris inte rẽptis ex aliis quẽquã ſi pœnituerit ſaluũ eſſe. Viſus ẽ uera dicere: & quod perſuaſit agi tur ſors cuiq; obtigit paratã ei: qui ſequereť necẽ ſuã prębeat quaſi mox etiã duce peri turo. Cum ioſippo enim ꝑire uita dulcius æſtimabant. Remanſit ãt ipſe cum altero ſiue fortuna dici poterat ſiue dei ꝓuidentia. Conſultoq; ꝓſpiciens ne uel forte grauareť: uel ſi nouiſſimus receſſiſſet gentilis cæde polluereture, illi quidẽ fide iterpoſita ut uiueret per ſuaſit: ille qdem hoc modo & romanoꝝ & domeſtico bello liberatus ad Veſpaſianũ per nicanorẽ ducebatur. Oẽs aũt romani uiſendi eius gratia occurrebãt: & cum ſe circa du cẽ peremeret multitudo, uarius tumultus erat. His exultãtibus q; captus eſſet: aliis mi nitantibus: nonnullis aũt propius eum uidere certantibus. Et qui longius erant hoſtem interficiendũ eſſe clamabant. Qui uero propius erãt: facta eius reputantes mutatiõe ſtu peſcebãt. Rectoꝝ aũt nemo fuit: qui licet iraſceretť nomini eius, uiri aſpectu non mitior factus ſit. Titum uero pręter alios & fortis ioſippi aius in calamitatibus: & ætatis eius miſericordia capiebat: qualiſq; pridẽ fuiſſet in pręliis reminiſcẽtẽ: & qualis nũc ſicin ho ſtiũ manibus intuentẽ. Libebat: intelligere quanta eſſet fortũę potentia: quamq; uelox belli momentũ: humanaꝝ aũt reꝝ nihil firmũ: atq; ꝑpetuũ: quã multos etiam tunc ira ut ſentiebat ipſe ut ioſippũ miſerarentť, affecit: plurimaq; ſalutis eius pars Titus extitit apud parrẽ. Veſpaſianus tamen quaſi miſſurus cũ cęſari ut cautiſſime cuſtodiretur ꝑce pit. Quo audito ioſippus aliqd ſoli ſe dicere uelle ait. Sũmotiſq; ab illo omnibꝰ aliis pręter filiũ Titum: alioſq; duos amicos, Tu qdem inqt Veſpaſiane tãtũ hoc putas ioſippũ te habere captiuũ. Ego aũt maioꝝ ad te nuntius uenio pręmiſſus adeo ut iudeoꝝ legem uidereť: & quemadmodũ duces exercituũ mori deceret ad Neroẽm me mittis. Quid itaq; quaſi qui Neroni uſq; ad te ſucceſſuri ſint maneant. Tu & Cęſar & Veſpaſiane & impe

rator: atq; hic filius tuus nũc: me aũt colligatũ arctius tibi aſſeruato: nam dominus qui dẽ non mei ſolum es tu Cęſar: uerũ etiã terræ mariſq; ac totius hoĩum generis. Me autẽ ad maiorẽ pœnã cuſtodiri oportet, ſi ex tẽpore aut ſubito in dominũ iſta confingo. His dictis Veſpaſianus ſtatim quidẽ fidem non habere uidebatur: eaq; ioſippũ exiſtimabat ſalutis gratia cõminiſci. Paulatim uero ad credendũ ipellebatur: iam pridem illum exci tante ad imperiũ deo ſceptraq; multis præmõſtrante portẽtis: ſed & in aliis ueracẽ eſſe ioſippũ deprẽhẽderat. Altero nãq; amicorũ qui ſecretis intererãt admirari dicente quẽ admodũ niſi hęc deliramenta ſint: neq; iotapatenis de excidio: neq; ſibi de captiuitate quicquã diuinaſſet ut a ſe iram depelleret. Ioſippus iotapatenis ait ſe prędixiſſe q; poſt diem ſeptimũ & quadrageſimũ eos maneret exitiũ: quodq; ipſum romani uiuum eſſent in cuſtodia retẽturi. Hęc in ſecreto quæſita Veſpaſianꝰ ubi uera eſſe cõperit a captiuis, etiã quę de ſe dixiſſet credibilia cœperat exiſtimare: ſed neq; cuſtodiã ioſippo nec uincu la remittebat: ueſtimẽtis aũt aliiſq; muneribꝰ eũ donare benigniſſimeq; fouere non deſi nebat: etiam Tito magnam honori eius operam cõmodante. Cap. xxiii. Quarto autẽ die menſis iulii Veſpaſianus in ptolomaida reuerſus: inde in loca maritima cæſare am peruenit: iudęæ maximam ciuitatẽ: & quę maiorẽ incolarũ partem grẽcos haberet: igitur & exercitũ & rectorẽ indigenę omni fauore ac benignitate ſuſcipiunt: affectu qui dem quo romanos dilĩgerent plus autẽ illoꝝ qui exciſi fuerant odio: unde etiam multi q dem ſimul ut deioſippo ſuppliciũ ſumeret cum clamore precabantur. Veſpaſianus aũt de iſta qdem petitione uelut ab inconſulta multitudine oblata nihil reſpõdendo diſſol uit. Legionũ uero duas qdem hyematum apud Cęſaream poſuit: q; oportunam uideret eſſe ciuitatem. Decimã uero & quintã Scitopolim miſit: ne totius exercitꝰ moleſtia Cæ ſaream premeret. Erat aũt illa quoq; ſalubris aprica per hyemẽ quantũ æſtatis caloribꝰ ęſtuoſa ut in planitie ſita atq; maritima. Cap. xxiiii. Dum hęc aũt aguntť collecta non exi gua multitudo quæ uel ab hoſtibus ſeditione defecerant: uel ex ciuitatibꝰ euerſis effuge rant Ioppam ſibi receptaculo renouant ſeditioſi quam ante uaſtauerat Ceſtius. Et quia terra quã uaſtauerat arcebanť: migrandum in mare cenſuerunt ac piraticis nauibꝰ fabri catis in Syriam & phœnicẽ: itẽq; in ęgyptum cõmeantes plurimos latrociniis prædabã tur: omnibuſq; nauigiis inuium faciebant illaꝝ partium pelagus. Sed ueſpaſianꝰ cogni to quid cõſtituiſſent equites in Ioppam necnon & pedites mittit. hiq; nocte in ciuitatẽ q; incuſtodita erat ingreſſi ſunt: Eius autẽ habitatores poſtquã irruptio præſens erat ne tunc romanos arcerẽt metu deterriti naues fuga petierunt: & in his ultra contiguũ ſagit tæ ſpatiũ pernoctauere. Cum uero ioppa natura eſſet importuoſa: nãque in aſperum: cæ teraque arduũ litus deſinit: ac ſummis utrinque cornibus leuiter incuruũ quæ uaſte ſup ſunt & ingentibus procellis pelagus turbant. ubi ẽt nunc Andromede catenarũ ſignis extãtibus fabulæ ueteris fides oſtendiť. Aduerſus ãt aquilo feriẽs littora ſummos in ob iectas cautes fluctus affligit: eo q; ſolitudinẽ in tutiorem efficit ſtationem: in eo ſalo flu ctuãtibus ioppenis prima luce uiolentus: quẽ illac nauigãtes melãboriã uocant flatus incumbit: & alias quidem naues inter ſe: alias uero collifit in ſcopulos. Multę aũt cum magna ui aduerſo æſtu niterentur ad pelagus. Nã & litus ſaxis infeſtũ: & hoſtes i eo cõ ſtitutos timebãt ſublatę in ſublimi gurgite mergebanť. Et neque fugæ uſpiã locus erat: neque manẽtibus ſpes ſalutis: cũ & mari uentoꝝ: & ciuitate romanoꝝ uiolentia pelle rentur. Itaque multi ululatus colliſſis nauibꝰ audiebãtur: & multi crepitꝰ fractis: ioppe noꝝ autẽ fluctibus pars obruti: pars naufragiis ĩplicati moriebanť. Nonnulli ãt ferro ſe iterficientes ueluti ſatius eſſet mori præueniebãt: plurimi ãt euecti fluctibꝰ ſcopulis car pebãtur: ut & pelagꝰ ſanguine redũdaret: oiſque ora maritima cadaueribꝰ oppleretť: cũ

etiam ad litus apulsos in eo ſtãtes romani milites trucidarẽt. Eiectorũ autẽ corpor; quatuor milia ducẽta fuerunt. Ita captã nullo prælio ciuitatẽ romani funditus eruũt. Ioppa quidẽ hoc modo breui tẽpore bis a romanis exciſa eſt. Veſpaſianus autẽ ne rurſus eo piratę confluerẽt caſtris in arce munitis ibi cũ peditibus paucis equitatũ reliquit: ut hi quidem locis ſuis manẽtes eadem caſtra defenderẽt: equites uero omne circum territorium peragrantes ad fines tyoppe uicos & municipia ſimul eximerent. Illi quidem prẽceptis obedientes in dies ſingulos incurſando excindebant totas regiones atq; uaſtabant.

Cap. xxv. Vbi uero Iotapatæ apud Hieroſolymã caſus nunciatus eſt: Primo quidẽ plurimi & pro magnitudine calamitatis: & quod nemo qui ſe uidiſſe diceret quę iactabantur aduenerat, non credebant. Nec enim uel nuntius aliquis ſuperfuerat: ſed ipſa paulatim per finitimos ueritas ſe fama excidiũ prædicabat. Vnde permatura triſtium paulatim per finitimos ueritas ambulabat & apud oẽs ambiguitate certior habebatur. Quinetiã rebus geſtis pluraq; facta non erant effingebant: & excidio ciuitatis iterẽptus dicebatur eſſe ioſippus. Quę res maximo luctu repleuit hieroſolymã. Et per ſingulas domos itẽq; cognationes amiſſorũ quiſq; lugebatur a ſuis. Luctus uero ducis publicus erat. Et hi quidem hoſpites: alii propinquos amicos: alii nonulli etiam fratres flebant, Ioſippum autem uniuerſi: adeo ut per dies triginta nunquã lamenta in ciuitate ceſſarent; magnaq; mercede conducerẽtur tibicines næniarũ. Tempore autem ueritate releuata; ubi de iotapata quidem ut res habebat: fictum uero quod de ioſippi morte uulgabatur: eũq; uiuere & cum romanis eſſe cõpertum comprobatũ eſt; ac ſupra captiui fortunã a ducibus honorari, tantam in eum uiuum iracundiam; quantã prius cum mortuũ crederent beniuolentiã conceperunt. Et ab aliis quidẽ ignauię; apud alios proditionis arguebatur: totaq; in eũ ciuitas plẽa erat indignatione: atq; cõuitiis. Vltro autẽ his uulneribus excitabant magiſq; accendebant rebus aduerſis & offenſio quę prudẽtibus ne ſimilia perferant: cautiores & cuſtodiæ cauſam pbet ad alias calamitates tanq; ſtimulus icitabat: & maloꝝ quæ ſemper accipiebãt exfine principiũ. Deniq; maiore in romanos ipetu ferebantur: uelut in ioſippũ pariter uindicaturi Hieroſolymoꝝ qdem habitatores eiuſcemodi turbis agitabãtur. Cap. xxvi.

Veſpaſianus autẽ ſtudio uiſendi regnum Agrippę. Nam & ipſe rex inuitabat rectorẽ cũ exercitu ſimul paratus accipere domeſticis diuitiis ac per eos ęgras partes regni compeſcere: motis ex cęſarea maritima caſtris in eam quę Philippi dicitur cæſareã demigrauit: ibiq; per dies. xx. milite recreato: Ipſe quoq; reꝝ geſtarum gratias deo referens iepulis erat. Poſtq; uero Tyberiada quidẽ nouas res cupere ac rebellare Taricheas audiuit ad regnum autẽ Agrippæ utraq; ptinebat decreto apud eos undiq; iudęos excidere, oppor tunũ eſſe credidit aduerſus eos exercitũ ducere: ſimul ut Agrippę hoſpitio uicem repen deret poteſtati eius ciuitatibus creditis. Igitur filium ſuum Titum in Cęſaream ut inde militem Scitopolim traduceret mittit. Hęc autẽ ciuitas decẽ ciuitatũ maxima & Tyberiadi uicina eſt. Quo cũ ipſe ueniſſet: ibi filiũ præſtolabatur. Deinde cũ trib9 ultra legionib9 progreſſus ad trigeſimũ a tyberiade ſtadiũ in quadam manſione cõſpicua rebellantib9 cui nomen eſt Enabris caſtra ponit: atq; hinc Decatharcũ Valerinum cũ equitib9 quinquaginta dirigit: qui pacifico ſermone oppidanos alloquereꝝ & ad fidem inuitaret. Audierat enim q; pacem populus deſideraret nullis autẽ ad bellum eum cogentibus ſe ditionẽ pateretur. Itaque Valerinus ubi muro appropinquauit & ipſe de equo dieſiluit: & ſuos comites idem facere iuſſit: ne laceſſendi prelii cã potius ueniſſe uideretur. Sed priuſq; uerbum faceret armati excurrere in eũ: ſeditioſi qui erãt ualidiores rectore quodã nomine ieſu Tobye filio latrocinalis agminis principe. Valerin9 ãt neq; prẽter mãdata ducis prælio congredi tutum rat9 ẽt ſi de uictoria cert9 pugnãq; piculoſam eſſe: ſi cũ mul

tis pauci & inſtructis imparati confligerẽt. Inopinata prẽterea iudęoꝝ ſtupefact9 audacia: & ipſe pedes refugit: & quinq; aliis ſimiliter equis relictis: quos Ieſus eiuſq; ſocii ue luti pugna nõ iſidiis captos læti in oppidũ adduxerũt. Id autẽ ueriti ſeniores & qui præſtare populis uidebãtur in romanoꝝ caſtra ꝓfugiũt: adhibitoq; ſibi rege ad Veſpaſiani genua ſuppliciter accedũt: ne ſe deſpiceret obſecrãtes: neue quę paucoꝝ eſſet totius ciuitatis inſaniã exiſtimaret: ſed populo parceret qui ſemp amica romanis ſentiret: magiſq; ultũ iret defectionis authores: a qbus ipſi olim ad fœdus uẽire ꝓperãtes nũc uſq; ne id facerent aſſeruati fuiſſent. His eoꝝ precibus quãquã toti ciuitati propter equoꝝ rapinã infenſus eſſet idulſit. Nam & Agrippã uidebat ei9 oppidi cauſa trepidare. Fide autẽ per eos populo data ieſus eiuſq; ſocii tutũ ſibi nõ eſſe rati apud tyberiada cõſiſtere: ad taricheas effugiunt. Cap. xxvii. Poſteroq; die Veſpaſianus in arcẽ prætmittit cũ equitibus Traianũ: qui multitudinẽ an omnes pacem cuperent experiretur. Cognito autẽ populũ eadẽ ſentire quę ſupplices, ad ciuitatẽ ducebat exercitũ. Illi autẽ portis ei patefactis cũ laudationib9 obuiam prodeunt: ſalutis datorẽ ac benemeritũ acclamantes. Cũ uero militem anguſti aditus remorarẽt: murorꝝ partem dirui Veſpaſianus ex meridiano latere iuſſit: eoq; pacto dilatauit igreſſum: ut præda tamẽ & iniuriis abſtinerent in gratiã regis edixit: eiuſdemq; cã muris pepercit: ſpondentibus habitatoribus eius. Poſt hęc cum reliquis fore concordes: aliiſq; modis malis affectatã ciuitatẽ ex diſſenſione recreauit. Deinde ab ipſa digreſſus: inter ipſam & taricheas caſtra poſuit: muroq; firmauit: belli ſibi moras illic fore proſpiciens: quod omnis turbarũ copiens multitudo ad taricheas conflueret: munitione confiſa ciuitatis: & lacu gẽneſar qui ab idigenis ſic appellabatur. Etenim ciuitatem ita ut tyberias ſub monte poſitam qua lacu non alluebatur undiq; muro ualidiſſimo: ſed minore quã tyberiada ioſippus cinxerat. Namillam quidẽ in principio defectionis pecuniarũ: itemq; uirium copia cõmunierat. Taricheis uero largitatis eius reliquiæ profecerũt. Scaphas autẽ plurimas in lacu paratas habebant: ut in eas uidelicet ſi terreſtri prælio uincerent refugerẽt: ſimulq; ad nauale bellũ ſi opus eſſet inſtructas. Romanis autem caſtra muniẽtibus, ieſus eiuſq; ſocii neq; multitudinẽ hoſtium: neq; diſciplina militię perterriti: curſu in eos irruũt: primoq; impetu diſiectis muri fabricatoribus ac parte aliqua ędificii diſſipata: ubi armatos cõgregari uiderũt: antequã aliquid paterentur ad ſuos refugiũt: eoſq; inſecuti romani ad nauigia cõpulere. Et illi qdem tantũ ꝓuecti unde romanos contingere miſſilib9 poſſent anchoras iaciũt: & ſicut acies aſſolẽt denſatis inter ſe nauibus aduerſus hoſtes in terra cõſtitutos nauali prælio decertabãt. Cap. xxviii. Audito autẽ Veſpaſianus magnã eoꝝ multitudinẽ in proxima ciuitati planitie congregatã: filium ſuũ cum ſexcentis equitib9 lectis eo mittit. Qui cũ infinitũ hoſtium numerũ reperiſſet, patri quidẽ maioribus auxiliis opus eſſe mandauit. Ipſe uero eqtum pleroſq; etiam priuſq; ſubſidia uenirẽt alacres eſſe uidens: cum nonnulli eoꝝ multitudinẽ iudęoꝝ formidarent: unde exaudiri poſſet conſtitit: & o Romani ait pulchrũ eſt nãq; in principio ſermonis admonere uos generis ueſtri: ut qui cum qbus pugnaturi ſumus ſciatis: noſtras enim manus nemo unq; toto orbe hoſtis ullus euaſit: iudęi uero ut ẽt pro his dicamus aliquid ad hoc uſq; tempus uicti non defatigantur. Itaq; oportet illis in aduerſis rebus conſtanter dimicantibus: ẽt nos in ſecundis perſeuerãtius laborare. Aperta qdem fronte uobis plurimũ alacritatis ineſſe conſpiciens gaudeo: Vereor autẽ ne cui ueſtrum tanta timorẽ multitudo hoſtium latenter incutiat. Igitur quiſq; iteꝝ cogitet qualis cum qbus decertabit: q; q; iudęi licet ſatis ſint audaces mortẽq; contemnãt, incompoſiti tamẽ bellorũq; imperiti ſunt: & uulgus recte potius q̃ exercitus appellãdi. De uſa uero peritia atq; ordinatiõe referre qd opus ẽt? Nempe iccirco ſoli armis

exercemur pacis etiã tempore:ut ne in bello nos cũ hostibus nũero cõseramus:nã quod erat perpetuę militiæ cõmodũ si pares cũ rudibus cõgrediamur:quin reputate q armati cũ inermibus & equites cũ peditibus & duces tuti cõsilio cũ uagis neq; rectorẽ habenti bus decertabitis:quodq; nos hæ uirtutes multo plures efficiant.Multũ aũt uitia de hostiũ numero detrahant:nec sola hoium multitudo quãuis pugnacissimi fuerint in bello obtinet:sed etiã si uel in paucis sit fortitudo:hi enĩ & ordinari faciles sunt & sibimet sub uenire:numerosę aũt copiæ plus incõmodi ex semetipsis quã ex hostibus capiũt:itaq; in dæos audacia & ferocitas ac despatio siue mẽtis sęuitia ducũt.Quę rebus secũdis aliquã tũ ualent minimis offensionibus extingũtur.Nos aũt uirtus regit & morigera uolũtas: itẽq; fortitudo:quæ & in ꝓspera fortũa uiget:nec ad finẽ usq; inter aduersa decipitur.Ad hoc maiores nobis sunt quã iudęis causę certãinis:nã si illi ꝓ libertate ac patria belli pícu la sustinẽt:qd est nobis ĩclita fama pręstantius?Et ne post orbis terrę imperiũ uideam? hostiũ aduersario? loco iudęos habere.Pręterea cõsiderate q; ne patiẽdi quidẽ alicui? ito lerabilis mali metus est. Multos enĩ nos in ꝓximo adiutores hẽmus.Rapere ãt uictori am possumus:& quos a patre mitti nobis speram? auxilio cõuenit antecapereut & ma ior sit:& sociũ nõ habeat uirtutis effectus.Equidẽ puto nũc de me ac patre meo uobisq; pariter iudiciũ fieri.Siquidẽ ille rebus ante glorioſæ gestis dignus fuit.Ego uero eius sum filius:uosq; milites mei:nã illi uincere cõsuetũ ẽ.Ego uero reuerti ad eũ non ꝓpetiar uí ctus.Quo pacto aũt uos nõ puduerit:duce uestro piculis occurrente nõ supare? Appe tã enĩ pericula mihi credite:primusq; in hostes irrũpã.Nemo aũt uestrũ a me discesserit persuasum habẽs ĩpetum meũ sustẽtari opere diuino:& manifestissime ꝑsumite q; mul to plus mixti hostibus efficiemus q̃ si extrinsecus pugnaremus.Postq̃ hęc locutus est Ti tus diuina quędã alacritas militibus incidit.Et qa traianũ aduenire cũ trecentis eqtibus ante pręliũ contigit ęgre ferebant tanq̃ si minuere uictoria societate. Misit aũt Vespa sianus Siloné & Antoniũ cũ duobus milibus sagittariorũ:ut occupato mõte:qui ex ad uerso erat oppido murorũ propugnatores repellerẽt. Et ab illis qdẽ ita ut p̃ceptũ fuerat circũuẽti sunt ex ea parte subuenire tentantes. Titus aũt primus perrexit citato equo in hostes & post eũ cęteri cũ clamore pro tanto spatio fusi quantũ aduersa acies occupaue rat.Vnde multo ẽt plures quã erant apparuerũt.Iudęi uero licet incursu eorũ & disciplí na cõterriti paulisper qdẽ prios sustinuere cõgressus.Perculsi aũt cõtis equorũq; impetu deturbati cõculcabant:atq; ita multis passim perẽptis dispergunt:& in ciuitatẽ ut qsq; uelocitatis habebat effugiũt. Titus aũt aliquos tergo instãs alios per trãsitũ occidebat: nõnullos cursu aĩcapiẽs ictu ora trãsuerberabat.Multos ãt aliũ sup aliũ lapsos iuoluẽs cõficiebat:omnesq; ad mœnia cõfugiẽtes p̃ueniẽs detorquebat ad campum: donec suæ multitudinis elapsu in oppidum cõfugerunt.Excepit aũt illos acerba dissensio.Nãq; in digẽis & fortunarũ suarũ & ciuitatis gratia: & ab initio bellũ gestũ maxime q; male pu gnatũ fuerat non placebat.Sed populus aduenarũ qui plurimis esset uim adhibebat:& inter se discordantiũ clamor erat:quasi iam arma caperẽt. Quibus auditis nec procul a muris aberat Titus exclamat:hoc tps est.Quid moramur cõmilitones? Deo nobis de dente iudęos:suscipite uictoriã.Nõ auditis clamores q manus nras euadere discordãt:ha bemus ciuitatẽ si modo ꝓperamus. Verũtamen cũ uelocitate animis opus ẽ. Nihil enĩ magnũ effici sine periculo cõsueuit:nõ solũ aũt hostiũ concordiã quos cito necessitas in gram reuocabit:sed ẽt nostrorũ auxilia p̃uenire debemus: ut præter uictoriã quantas co pias pauci superamus ẽt ciuitate soli potiamur.Simul his dictis incendit equũ atq; ad la cum decurrit:& per eum propere ciuitatẽ ingrediẽ quem cęteri cõsecuti sunt.Pauor aũt eius audaciæ murorũ defensores inuasit : & pugnare quidem uel prohibere uenientem

nemo sustinuit. Relictis aũt excubiis Iesus quidẽ cũ sociis in agros effugit:alii uero de currentes ad lacum:in manus hostium cõtra uenientium incidebant.Mactabantur alii cum scaphas scanderent:itẽque alii cũ iam prouectas assequi natando conarentur:plu rimaq; per ciuitatẽ agebatur hominum cędes: aduenarũ quidem resistentiũ qui non cf fugissent:indigenarũ uero sine pugna:quoniã spes eos fœderis & cõscientia:quod belli consilium nõ habuerant prælio deterrebat:donec Titus nocentibus interemptis mise ratus indigenas ab internitione requieuit.At qui in lacum cõfugerant ac ciuitatẽ captã uiderunt quã longissime ab hostibus recesserunt. Cap. xxix. Titus uero missis eqtibus res gestas patri nuntiat.Quibus ille compertis q; necesse fuit & filii uirtute ad modũ lętus & facinoris claritudine. Maxia.n. belli ps uidebat exẽpta: tũ qdem statí circũdari ciuitatẽ custodibus iussit:ne qs ex eadẽ subterfugeret: neq; a cędibus tẽpera ret.postero aũt die cum descendisset ad lacũ rates aduersus illos qui eo refugerant fabri cari iussit.Quę tã materiaꝝ copia:q̃ artificũ multitudie mature cõtexte sunt. cap.xxx.

Lacus ãt Genesar qdẽ a terra cõtinẽte appellat.Quadragita uero stadiis in latitu dine patens centumq; in longitudine aquæ dulcis est atq; potabilis. palustrí enim cras situdine tenuiores habet latices & undiq; in littora & arenas desinens purus est:ac præ ter hoc temperatus ad hauriendũ & fluuio quidem siue fonte leuior.Semper enim frigi dior quam lacus diffusio patitur, manet:æstiusq; noctibus eius aquæ sub diuo perflatę nequaquã æstibus cędũt: id enim facere indigenis moris est. Variaq; sunt in eo piscium genera:ab alteri? loci piscibus tã sapore quã specie discreta:mediusq; fons ẽ i fluuio ior dane panium nomine:qui terra conditus fertur ex ea quæ uocatur phiale. Hæc autem est quæ in traconitidi ascenditur ad centesimũ uigesimũ stadium cæsariæ: non longius in dextro itineris latere & propriæ ex rotunditate phiala dicitur lacus rotæ speciem prę ferens.Semper autem inter eius labia cohibetur unda nunquã deficiens uel exuberans. Cuncq; interim hoc esse iordanis principiũ nesciretur a tetrarcha quodam tracõitidis phí lippo depræhensum.Is nanq; missis in phialem paleis inuẽit eas apud panium redditas unde ante fluuius nasci credebatur.Naturalis quidẽ pulchritudo Panii regis opibus & Agrippę diuitiis magnificentiis accurata est. Manifestum autẽ flumẽ iordanis ex hoc antro incipiens semecunitidis quidẽ lacus paludes secat & margines:centum autẽ. xx. aliis prętereuntis stadiis post oppidũ iuliada Genesara lacum mediũ trangemensus. Dein de multam per solitudinem in Asphaltidẽ lacum exit. Ad Genesara uero lacum eiusdẽ nominis terra prętenditur natura simul & pulchritudine admirabilis:nullum enim ipa pro ubertate sui negat arbustum totaq; plantis consuere cultores. Cęli uero tẽperies etiam diuersis aptissima est. Nuces enim q̃ arborum maxime frigoribus gaudent insi nitæ floresc ũt:ubi etiã palmę quas nutrit calor ęstiuus: has iuxta ficus & oleę quibus aura mollior destinata est ut naturę magnificentiam hanc cẽ qui dixerit uim adhiben tis ut in unum cõueniant inter se repugnantia anniq; temporũ contentione bona uelut singula peculiari studio terræ fouerent.Non enim solũ nutrit pręter opinionem poma uaria:sed etiam seruat egregia:quidem & quodammodo regnãtia. Vuas & carices sine intermissinoe.x.mẽsibus suggerit:cæteros uero fructus anni spatio senescentes.Nãpter aeris lenitatẽ & fonte quoque irrigatur uberrimo: qui capharnaũ ab indigenis appel lat:Eum nõnulli uenã esse.Nihil fluminis opinãtur q; similes coracino sicut lacus ge nerat pisces.Lõgitudo aũt regionis ęque ac littora cognominis lacus.xxx. stadiis extẽ ditur & latitudo.xx.Horũ quidẽ natura ciusmodi est. Cap. xxxi. Vespasianus aũt perfectus ratibus ipositа manu miliũ quanta in eos:qui lacu effugerant satis esset, una ꝓcubitur. Illi aũt neque cõpulsi ad terram euadendi facultatẽ habebãt infestis om

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVATTVOR Libros regnorum quos scriptura complexa est sacra: & iam ipse stilo prosecutus usq; ad captiuitatem Iudeorum: muriq; excidium: & Babylonis triumphos, historię in morem cō posui. Machabeorum quoq; res gestas propheticus sermo paucis absoluit: reliqui quorum usq; ad incendium templi: & manubias Titi Cęsaris relator egregius historico stilo Iosippus, utinā tam religioni & ueritati attentus: q̄ rerum indagini & sermonū sobrietati. Consortem se enim perfidię Iudęorum etiam in ipso sermone exhibuit: quem de eorum supplicio manifestauit: & quorum arma deseruit: eorum tamen sacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter erumnam: sed ipsius causam erumnę non intellexit. Vnde nobis curę fuit: non ingenii ope fretis: sed fidei intentione in historiam Iudęorum ultra scripturę seriem sacrę pauliſper introrsum pergere: ut tanq̄ in spinis rosam quęrentes: interſęua impiorum facinora quę digno impietatis precio soluta sunt, ruamus aliqua: uel de reuerentia sacrę legis: uel de sacrę religionis constitutionisq; miraculo: q̄ magis: licet hęredibus, uel in aduersis obtentui fuerint: uel honori in prosperis. Simul (quod est indicium domesticæ improbitatis) liqueat uniuersis q; ipsi sibi propriæ cladis auctores fuere: Primum q; alia curantes romanos in se conuerterint: & ad cognitionem regni sui inuitauerint: quibus ignorari satius fuit. Rogauerunt amicitiam: fidem non seruaturi. Pacem uiolauerunt uirtute impares. Postremo bellū intulerunt: quibus spes in mœnibus: non in uiribus erat: cum sit maxime omnium miserabile claudi obsidione. Quæ etiam si bene procedit: sæpius augere q̄ minuere pericula solet. Ac ne quis uacuum fide & superfluum putet nos suscepisse negocium: Ideo per principes ductum hebræorum genus omne consideremus: ut liquido clareat utrum a femoribus Iudæ nusquam generationis eius successio claudicauerit: an uero offenderit in principū serie: sed manserit in eo cui repolita manebant omnia: & ipse erat spes gentiū. Hinc ergo sumam exordium.

De Excidio Hierosolymitano. Liber Primus.

BEllo parthico: quod inter Machabeos duces: gentemq; Medorum diuturnū ac frequens uariaq; uictoria fuit, incentiuum principium dedit sacrilegii dolor: quia rex Antiochus cui nomen Illustris: Antiochi regis filius: ubi Aegyptum quoq; suo imperio adiunxit, in superbiam elatus: q; ei incerta bellorum prosperauissent, ritus Hebręorū negligi: ministeriaq; prophanari iusserat: idq; postulantibus plærisq; Iudęis statuere ausus. Quod factū Mathathias sacerdos perpeti nequiuit. Nec solum ipse temperauit a sacrilegio: regaliq; edicto non obtemperauit: uerum etiam immolantem simulachris hostias de popularibus suis nactus gladio transuerberauit. Et congregata manu: atq; Asideis in societatem adscitis, ipse cum filiis suis temerantes usum patrium & iusticias legis alios necauit: plęrosq; expulit: belliq; sabbaro adoriendi author fuit: ne simili arte ipsi quoque deciperentur: sicut iam plęrique eorum: dum sabbato bellum suscipere detrectant: inruentibus in sese hostibus, occubuere. Potentiam prosperi actus dederunt: & persęuerandi in uiro usque ad exitum uitæ studium

defensionis & pietatis uigor. Sed cū sibi supremū diē adesse intelligeret, uocatis ciuib9 atq; assistentibus liberis hortatus est ut tuerent patriā templiq; religionē: ducemq; his Iudā Machabeū curæ ac solicitudinis suæ successorē reliquit. Qui bello strēnuus: consilio bonus: ac præ cæteris fide promptus q̄ frequenter innumeras hostiū copias parua manu fuderit, prosequi nō est præsentis negocii. Quod tñ breui colligere datur. sepe ꝑ speris usus successibus excitauit in se magnā hostium multitudinē: qua circunfusus undiq; dum cedere pudoris existimat, refugientibus sociis in præliū ruit. Cęsisq; quos ad uersus ierat a latere circūuentus: sed tñ ultus propriā mortē, occiditur. Huic successit Ionathas nō minus uirtutis similitudine par q̄ naturę germanitate. Qui post multa in bellicis rebus opera: in rebus sacris officia: quæ circa templi purificationē spectata ac probata sunt, prætenta per dolū amicitiæ fide intra urbem hostiū clausus: nec longo post interuallo necatus est. Ioānes etiā senior natu frater & Eleazar iunior cæteris pro religione mortem nō recusarunt. Post hos rei summā Symon recepit: ad quam non rudis sed iam probatus fraternæ societatis triumphis appropinquauit. Vtinā & ipse tam perspicax ad fraudes cauendas q̄ manu ualidus: bellandiq; artibus satis spectatus. Et enim cū uirtutis ope romanoꝝ ducibus regibusq; gentium amicitiam fœderauissent, Ptolemaī dolo generi sui rogatus ad cōuiuium inter mensas & pocula cū duobus filiis qui aderāt circūuentus: atq; exutus armis impię neci traditur. Sane pręuenit insidias Ioānes ortus ex symone cui nomen Hyrcanus: & properauit ad uicinę urbis mœnia: ubi a populo propter egregia patris merita odio quoq; hostilis sceleris expectabatur. Vix deniq; urbem ingressus est & iam Ptolemęus aderat. Sed cum per aliam portā ingredi uellet repulsus multitudini cedēdū existimauit. Assumpsit illico Ionathas paterni sacerdotii munus & ad cultū rerum diuinarū profectus statim pietatis officia curamq; seruandæ necessitudinis exequebat: matrē cupiens fratresq; periculo auferre. Congressuq; supio factus: iustæ passionis affectu superabatur: quo minus castro potiret: in quo clausi attinebātur. Nam Ptolemæus ubi se urgeri uidebat: matrē eius atq; germanos in muris locabat p̄cipitandos illico nisi Ionathas bello q̄d inferebat desisteret. Vincebat iuuenis pietatis metu: qui uincebat fortitudinis assumptionē: & iracundiā excitā iā in hostem revocabat suoꝝ misericordia. Mater tñ parata ad tormenta tendebat manus obsecrans nō salutis auxilium sed ultionis solatium. Verebatur. n. ne filius plus matri metueret q̄ paternæ uindictæ impenderet. Sibi mortem illam loco imortalitatis futurā qua maritus uindicaret: & genet ipsius pro scelere immani pœnā exolueret. Sed iuuenis plus ītra se ipsum q̄ in hostē p̄liabatur. Nam quotiens patrē cogitabat accendebat. Rursum cum matrē uerberari atq; ad necē aptari uideret mollieba. revocabat impetum: referebat gradum: qua retrahebat passio inter obsidionis moras feriatus ex lege supuenit annus qui erat septimus: Cessit pietas religioni: soluta obsidio est: sed magis Ptolemæi excitata īmanitas ut quoꝝ obiectu pœnā euaserat: eos iugulari iuberet qui cōtinuo se ultioni exemit. ad Zenonē cui nomen cotylæ filadelfiæ regem confugiens ut eius ope se tuerētur. Nec Antiochus quieuit qui Symoni patri Ionathę ludibrio suos fuisse exercitus indignabatur. Cupiensq; adhuc assurgentes Ionathæ primitias extinguere: cum magna ueniens manu Hierosolymam hircanum obsedit: Reppulit hyrcanus auro quem ferro nequibat: Referatoq; ut Iosephus auctor est Dauid sepulchro tria millia auri talenta eruit. Ex quibus trecenta annumerauit Antiocho ut obsidionem relinqueret: & precio emptus abiret: Atque ut facti inuidiam leuaret: fertur ea pecunia Hyrcanus institui-se primus xenodochia quibus aduentum suscīperet pauperum peregrinorum. Aucupatus etiam Antiochi necessitatem qua medis bellum inferebat: ultus dispendium est:

Plurimasq; Vrbes syrię sibi adiunxit. samariam quoq; ubi postea Sebastea condita est: circundedit munitionibus cuius expugnationem Aristobolo & Antigono filiis suis mādauit. Quorum obsidio lenta usq; ad diram famē & tetra alimenta humanorum cadauerum clausos coegit. Qua impulsi necessitate opem ab Anthiocho cui nomen Aspondius petendam arbitrati ferentem adiumenta erumnę societati implicauere. Victus enī a fratribus prœlio fuga sese eripuit neci. Samaritani autem repetita obsidiōe captaq; & euersa urbe seruitio dati. Quo rerum secundarū processu excitati Aristobolus atq; Antigonus impetū non refrigerabant: sed adiungere sibi finitimos bello coactos haud quaquā dissimulandum arbitrabantur donec inuidia oborta bellum īmane exarsit: conspirantibus locorum incolis & coacta ualida manu. Quæ tamen uicta profundam in reliquum tranquillitatē Ioāni exhibuit: & sibi ocium Hyrcanus trigesimo & primo anno lōgæ quietis gratia functus diem clausit quinq; liberis superstitibus: quod plærisq; beatitudini sequētibus derelinquerit in quo actus eius obfuscaretur: uxori summę rei cōmisit negocia: ipsam consultius ratus rebus publicis moderaturam: filios prescientia quadā animi tenens non diuturnos fore: nec eum fefellit opinio.

Aristobolus matri regnū eripuit. Cap. 2.

Siquidem Aristobolus cui inter fratres ætas prouectior mens præruptior principatum sacerdotii ad regni potentiam uertit: & diadema primus imponere sibi usurpauit post quadringētos & septuagintaquinq; annos triūq; curricula mensium postq̄ de Babylone remeans israel seruitio exutus: in suam terram sese recepit. Superbe itaq; nec partem ponere cæteris contentus fratribus: solum Antigonum honoris specie quia uidebatur diligere mulcebat: Matrem quia potestatis exortem: & iudicio uiri fraudatam se expostulauerat alligauit uinculis: & usq; eo processit immanitatis parricidali spiritu ferox: ut & ipsam & fratres simili modo uinctos arcta custodia detineret: quo prope usq; ad mortem supremam fame compellerentur: ni maturius Aristobolus scelesti parricidii merita soluisset: ac primum in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur: & de amore in odia conuertitur: ut eum ante omnes necare quem solum consortem imperii pollicebatur: adeo apud improbos affectus uilis ut cito prauis suggestionibus extorqueatur. Cap. 3. ¶Dignum igitur ut crudelitatis eius seriem non pretereamus: quo iudicium Ioannis etiam post mortem probetur: qui summam publicæ rei seniori committendam filio: haud quaq̄ existimauit: quem tanto declinaturum furore a pietatis lege & norma iustitiæ prævidebat. Haud scio morū ne eius contuitu: an insita gratia sacerdotum principibus: ut his aliqua quæ futura erant: etiam minus dignis infunderentur. Facinus miserabile fuisse: qui fratribus inuiderent amorem naturæ: inde mali prima oborta est labes: inuidiæ commenta consecuta huiusmodi sunt. Cap. 4. ¶Composuerat primo alia quibus fidem Aristobolus nō detulit: & obtrectationē molliuit charitatis gratia: inuidię tribuens dilationis amaritudinem: Ideo falsa ueris admiscuere ut ex his quę ad speciem ueri assumpserant: renitentem circumuenirent. Cap. 5. ¶Scenophegia iudęoꝝ: terris ex lege celebrabant: dies uidelicet festus & plenus reuerentię quo sacrificium solēne deferebatur: Eo die clarus militię gestis Antigonus domū reuertit: & accidit ut fratrē aduenies inęqualē offenderet illico ad templū. Quid. n. prę ferret religioni ut erat succinctus ornatu bellico & circūfusus comitatu pari tendit: multus ibi ꝑ fratris salute dñi p̄cator componit: & inde ad fratrē sedulus ꝓperat. Hinc calūnia ex acerbo felle & acerbiore parat exitu. Cap. 6.

¶ Continuo.n.regem adeunt improbissimi hoies & inuidiam excitant: q; pompã armatoꝝ celebratiorem q̃ priuatis mos est direxerit ostentui uulgo futurã ne quis conatibus eius obuiare auderet. Tanto apparatu nõ aliud nisi necẽ regis ut usurpandi imperii potentiam affectatã. Haud difficile æger aĩus in ualido fessus corpe impulsus ẽ: ut credibile duceret quod pro uero asserebat: maxime cum dies sacratus religioni mendacii suspitionem excluderet: pompa excitaret inuidiam: infirmitas metum adderet: armatorumq; cohors fidem patrandi sceleris impleret. Itaq; prius q̃ sibi probaretur tentamentum aliquod flagitii parricidialis stipatores suos eũ armis iubet in Hypogeo locari ob scuro: qui ad uenientem Antigonũ dolo necarent: nec expectarent imperium regis sed ipsi extinguerent. Sane mandato per nuncios præmisso ut inermis ueniret: eius indicii qualitatẽ nupta aristobolo in aduersum mutauit: ut per illos coniuratos sibi insinuari faceret: Antigono fratrem eius delectatum esse: armorũ decore quibus proxime accinctus affuerat: sed per ægritudinem intentitus nõ considerasse. Nunc petere ut omnem illum ornatum bellicum quem sibi composuit ad fratrem deferat: gratum hoc regi futurum si armatus adesset: Antigonus dolũ nõ præuidit: dicto paruit eo studiosius quo placere regi pariter & fratri desiderabat: decũbebat Aristobolus in castro cui nomẽ primo Baris: postea Antonia fuit uidelicet ab antonio triumuiro donata appellatione cum urbis dignitate. Eo post q̃ Antigonus appropinquauit atq; accessit ad id obscurũ transitum conspicientes armatum uenisse regii stipatores adorsi repente iuuenẽ pcepto sauciant: atq; imprudentem opprimunt. Is locus Stratonis turris appellabat quo deceptũ uocabulo iudam qui erat essenus genere opinio est frequens quem siue probitate uitę suæ: siue mystica obseruatione sępe quę futura erant annũciasse historia uetus prodidit. Cap. 7. ¶ Is ut accepimus cum uidisset antigonum prætereuntem ut fratrem reuiseret: dicit ad eos qui numero discipulorum eius aduectebantur: Papæ nunc mihi bonũ est mori: qñ mihi mortua ueritas est: uiuit antigonus quem necesse est hodie interfici. locus aũt eius necẽ decretus Stratonis turris qui sexcentis hinc stadiis abest hora iam diei quarta: Tpe itaq; excludit̃ pdestinatæ mortis fides. hęc ubi dixit intentius ipse secum conferre cœpit quo eum fefellisset opinio. Nec multo post indicium defertur interfectum esse antigonum in hypogeo ad stratonis turrem q locus simili uocabulo æque ut ille qui erat in maritimis cæsariæ nuncupari solebat. Quo facinore patrato aristobolus secum ipse reputans quid sceleris admiserit: in morbum ipse incidit. Erat in oculis parricidium: perturbatio in animo: nec ullum interuallum dissimulationi dabat. Defigebatur in imis uisceribus dolor: inuidia in miserationem uersa est: q; innocentem peremisset contra ius germanitatis tanti sceleris immanitas mentem exulcerabat: non somnus oculis non quies animo dabat̃. Serpebat eęco uulnus dolore: coquebant ęgra præcordia ac duræ solicitudines sauciabãt inualidos artus & crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria. Cap. 8. ¶ Itaq; imoderata mœstitudine eo prorupit morbi uis ut conuulsis uisceribus sanguinem uomitu oris reiiceret. Quem puer aulicus regiis usibus exhibens ministerium foras extulit: atq; imprudens facti quod casu potius q̃ in dustria gerebatur ad eum locum peruenit: in quo Antigonus fuerat extinctus: illic supra rorantes fraterni sanguinis maculas: percussoris sanguinem effudit. Clamor subito factus & gemitus intuentiũ eo q; profunda quadã dispositione domini libatus peremptos sceleratissimi parricidæ sanguine dispositione uideretur. Somno excitus cãm quęsiuit cum fileretur elicuit studio quærendi & motu indignationis. Cuius accepto indicio suffusos oculos lachrymis & quãtũ erat in eo uirtutis ingemiscens haud inquit repẽdit̃ meritis meis cõgrua uicissitudo. Neq; enim dei oculũ tam impii machinator sceleris p

terire poterã: Matura flagitii ultio subest & digno iam cõuenior parricidii mei p̃cio: Vale corpus quousq; animã fratri matriq; condẽnatã retines. Quid per ptes eis libo meũ sanguinẽ? in me ois si qua est pietas contorqueat manus. spiculũ me oẽs filii germaniq; ultore pietatis gladio transfigant. Mactet̃ hostia parricidalis atq; imolet̃ uiolatæ necessitudini: totũ simul caro noxia sanguinẽ euomat. Non uiscerũ meoꝝ cruciatibus & lenta tabe dæmonium exaturetur: qd̃ me in tam nefarios ausus sęui facinoris impegit. His dictis finẽ imperii ac uitæ ædidit. Vix ãno functus potestate regia propter quã parricidium nõ effugerat.

Alexander Aristobolo fratri succedit. Cap. 9.

SOluit illico mulier atq; exuit uinculo fratris defuncti regem constituit Alexãdrum: cui & ꝓcera ętas & moderatio suffragari æstimabatur. Qui ut regnũ adeptus est: fratrem quem aduerterat regni cupidiorem statim interemit. Reliquũ qui superat ex fratribus uitæ ac saluti potius q̃ regno itentũ reseruauit uacuũ negocioꝝ: cõtinuoq; ut se hẽret inqetudo moꝝ bello pacẽ mutauit. Cõgressuq; hito aduersꝰ Lathirũ Ptolemęũ plurioſq; qdẽ hostiũ iterfecit sed ad lathirũ uictoria defluxit. Qui tñ uictorię fructũ ademit cleopatra mater coacto in ęgyptũ cõcedere ut mortẽ sibi iminẽtem euaderet. Eius absentiã aucupatus Alexãder dũ regni eius partes inuadere cupit ẽt Theodorũ in se conuertit: qm̃ potissima quęq; de eius possessionibus sibi associauerat. Improuiso itaq; impetu Theodorus regias opes occupauit. x. millia quoq; Iudæoꝝ p̃lio fudit: sed sup plagã fractus Alexãder plura adhuc de hostiũ ptibus suo impio adiunxit: captarũq; urbiũ populos seruitio subegit. Hos bellãdi successus domestica seditio interpolauit: & orta de cõuiuiis usq; ad bellũ cõtẽtio ꝓcessit. ¶ Familiari peste hmõi Iudęorũ uiris ut de epulari ludo sese i arma excitẽt: ac nisi pegrina auxilia regi p̃sto fuissent: sedditio ꝑualuerat. Sed aduẽtitia manus licet ægra cõpressa est tm̃ octo millibus ferme hebręoꝝ interẽptis: inde i arabiã iter direxit: ac nõ nullæ eius urbes subactę tributa quoq; moabitis & Galaditis iure uictoriæ adscripta. Vnde regressus i Amathũ Theodoro tãtis eius successibus stupefacto uacuũ defensoribus castellũ iueniẽs sine mora expugnauit. Non usquequaq; tñ ociosus. Obedeas rex arabũ fuit nec inulta diu regni sui passus dispendia. Nam insidiis oportune locatis eius oẽm exercitũ deleuit cõclusum uallis ꝓfundo & multo camelorũ agmine attritũ. Euasit tñ Alexãder & fugiens de p̃lio Hierosolymitanæ urbis receptacula petit: inuisus suis qm̃ recruduerant in odia erũnæ eius occasione qui ante potẽtię metu p̃mebatur. Nec silenito tegebat̃ animoꝝ discordia: aut uerbis tm̃modo exercebatur: p̃lio nõ uno sed plurimis decertatũ. Quibus extincta fere Iudęoꝝ millia quos alexãder iteremit suis q̃ hostibus pniciosior: & maiore uictor detrimẽto quo regni sui uires uincẽdo attriuerat. Vnde ne ipse qdẽ iã suis uictoriis delectabatur: auersusq; a p̃lio arte tractabat sibi subditos ut iam nõ armis p̃meret: sed uerbis ut geret: ac folis sermonibꝰ offensionũ genera dissolueret. Nihil tñ ꝓficiebat ad colligẽdã sibi gratiã: qm̃ fictis facinora p̃põderabãt: atq; ipsa repẽtina cõuersio ad pœnitẽtiã morũq; inęqlitas sęua passim suspecta hẽbat̃. Deniq; cũ simulata eius placiditate se circũueniri arbitrarent̃: Demetriũ regẽ sibi auxilio futuꝝ aduersus Alexãdrũ in bellũ excitauerunt. Pugna in manibus nec cõperendinata q̃is uni aduersum duos exercitus nũero iferiore certãdũ foret. Ca.io. ¶ Mille.n.comitatus eqtibus & sex millibus peditũ quos mercede sibi associauerat. x. mil. quoq; Iudeoꝝ sibi cõspirantiũ in bellũ accersens iuxta urbem Sicymam occurrit hostibus: quibus tria millia equitum erant & peditũ

xl.milia. Tentatoq; utrinq; agmine ubi neq; Demetrius pecunia conductos desciscere a fide uidit:neq; Alexander de Iudeis aliquos quibus se demetrius adiunxerat deposuisse erga se odia cognouit:armis decertādū existimauerūt. Superior bello demetrius factus plurimo tñ suorum sanguine. Nāq; ab his qui e diuerso mercede cōducti uenerant egregie bellatum ita ut usq; ad mortē uirtute ac fide certauerint. Destitutū itaq; sese Alexāder uidens cæteris suorū cateruis in montes cōcessit. Sed p̄ter utriusq; spē ad alterū eorum species uictorię peruenit:fructus alteri ad alterū partus:quia Demetrius nudatus est discessu hebreorū qui eundē ad societatē rogauerant:& Alexādro ex ipsis.vi.millia sese adiunxerant more quodam humani ingenii ad stipulātibus ad misericordiā rebus aduersis. ¶ Cessit itaq; Demetrius ei quē in bello uicerat uidens illum affluentibus paulatim hebręis iam pugnę idoneū sesecq; cum paucis relictū. Cuius uictoria libertate assuetis dānationis metū mouebat. Redit alexandro sæuitia cum securitate:regnūq; in suos & usus belli reformatur. Quærēti ab his quidnā faciens aios plębis conciliaret:respōsum est:si moreretur. Vix.n. forte cū mortuo tam grauia perpessi:in gratiam reuerterētur:ut odia aduersus defunctū deponerent. Quibus excitatus rebellandiq; assuetudine multis necatis reliquos coegit in urbem cui nomē Bemeselel. Cuius expugnatio acerbiorem solito pestē inuexit tā sæuo crudelitatis processu ut ex eo numero octingētos i media ciuitate crucifigeret. Quorum in conspectu coniuges eorum filiosq; iugulari iussit. Cap.ii. Hęc spectabat accubās in medio cōcubinarū lętus inter escas & pocula:sed magis sanguie q̄ uino iebriatus hoc solo facto amplius populū q̄ bello deterruit:Ita ut ꝓxima nocte iudęorum.viii.milia iudęam discederent quibus fugę finis mors Alexādri foret. Tā tiq; horror mali quietem regno attulit. Sed ubi a domesticis feriatum pręliis exorta est causa inquietudinis Antiochi aduersum arabas expeditio quam sibi terribilem & perilo futuram arbitrabatur. Hic est Antiochus qui etiam Dionysius appellatur Demetrii frater a Seleuco ultimus:cui transitum negare cupiens Alexander inter urbem antipatridem & Ioppes littora foueis ingentibus ductis muroq; altissimo turribus quoq; e ligno impositis clusit:operam magno suorum labore nullo hostis impedimento. Siquidem negocio facili repletæ foueæ turresq; exustę:ipse quoq; Alexander fuga sibi consuluit eo tutior:quia nequaq̄ tanti ęstimatus ut eum uictor principis loco persequi deberet. Nam secundis partibus reseruatum:ut itineris obstructi iniuriam acceptam ulcisceretur. Rectum autem in arabas iter direxit:quorum rex in loca p̄lio oportuna sese cōtulerat. Deinde subito conuerso eqtatu maxima ui ac multitudine effusi ac sine ordine ruētes hostium turmas inuasere. Certatum acriter quoad Antiochus restitit. Renitebatur enim q̄is exercitus eius quasi more pecorū obtrūcaretur. Vbi uero & ipe cecidit (nam prę cęteris sese offerre solebat periculis) auersi omnes quorum maxima pars incerto fugę dispersa extinguitur:reliquis uicum cui annana nomen coactis:atque alimentorum inopia consumptis uix pauci ssimi ex his tantę cladi superfuere. Cap.iz. Hoc successu aretha etiam a damascenis ad regnādum expetitus cœlosyris imperitaret quo Ptolemęum excluderet:quem maxime infestis odiis persequebantur:nec iudęam immunem reliquit incursionis:de qua uictor licet superato Alexandro secundum utriusq; partis conuentum discessit in sua. Alexander ante pellam euertit & Gerosam petiit iterum de Theodori possessionibus aliquas sibi adiungere parans:eamq; sibi bello uendicauit. Inde in syriam progressus Gaulanem & Seleuciam & Gamellam euertit ultus superioris belli contumeliam ipsas antiochi munitiones diruit:Quibus ex locis iter in iudęam conuertit:ac prater spem cum gaudio totius gentis suscipitur pro mirabili successu rerum gestarum ubi parta bellandi quies exordium tribuit ęgritudinis:atque aliquantum quartanis febrium uicibus affectus leuato paulisper incōmodo dū negocia repetit militaria:nec modū seruat aio ualidior q̄ corpore cōminuit oēm suæ uigorem salutis:ui resq; absumpsit:atq; ita mortuus est. Viginti itaq; & sex annis uario rerū euentu aduersum inumeros bellos tumultus regnum tenuit:& duobus liberis superstitib⁹ decessit. Quos impares regni existimans gubernaculo summā rem uxoris ꝓpriæ delegauit solicitudini: quoniā eam acceptiorē populo cognouit. atq; hoc apud uniuersos inuenisse gratiam q̄ etiā ipsa ab imanitate uiri iemper alienam sese faciendā existimauerit:ut nō solum refugeret flagitiorū consortia:sed etiam resistendo eius iniquitatibus totius in se plæbis beniuolentiā circūuerteret. Nec improuida uiri sentētia fuit: nam regnandi ius mulier inoffense exercuit sine ullo fœminei sexus impedimēto:& acquisiuit moderandi gratiam sacrę legis obseruatiōe. Nā dum attentior circa templum cura exerceretur:& dimissa ministeria fraudis sunt:creuit imperii uigor:nec tñ affectu infracta materno regni cupido. Siquidē ex duobus liberis electus unus ad speciem regnādi non potestatē. Hyrcanus uocabulo natu senior:ingenio remissior:aristobolū uero acriorem aio:expertem potestatis emolliebat priuati humilitate. assuerunt se Pharisei mulieri genus hominum fm legis doctrinā exercitatum:fm qualitatem affectus callidum:auidum negociorum:pecunię appetens:qui captantes elatam mulierculam secundū scientiam iuris diuini extollendo suā fecere:ut plęraq; ēt regni negocia ipsis cōmitteret. adhiberent quos uellēt:quos uellēt excluderēt:atq; aulico exuerēt ministerio. Quid plura? ita sese insinuauere:ut cōmodorū oium fructus ad eos peruenirēt: sumptus & molestiæ mulierē solam afficiebāt. Nec mediocris mulieri spiritus:ut maxima quęq; auderet: ac supra fœminei sexus conditionem prœlia disponeret. Siquidem & prestantissimam de suis manum parauit:& peregrini exercitus copias coegit ingentes:ut non solum domi tuta ad omnem regnandi securitatem foret:uerumetiā exteris potentatibus esset formidabilis. Ea tamē reliquis præstabat omnibus;sed Pharisęis quasi inferior obtemperabat. ¶ Erat Diogenes in regno eius qui de potentissimis alexandri amicis familiaritati eius inhęserat:eum adorsi obtruncauere: memorantes ipsius consilio octingentos illos in medio urbis ab alexandro cruci suffixos:i cęteros facinoris auctores quoq; ut pergeret ultio mandatū. Necabantur itaq; quos pharisei prępipiebant:nō quos societas sceleris iuoluerat. Quo metu perterriti plæriq; quibus huiusmodi pericula intendebantur: & maxime prestantiores opibus & dignitatibus ab aristobolo itercessionē implorauere:ut matrē ab executiōe præcepti seueriores ad meliora inflecteret: Ille sibi gratiā parare cupiens:nō detractauit. Mulier ægre licet:oranti tñ filio concessit:ut contuitu honorū quos gesserant qui in huiusmodi inuidiā arcessebant: supremæ necis sententia mitigaret: atq; eos tñ quos obnoxios suspectaret:patrādi flagitii incētores fuisse urbe egredi iuberet. Qui accepta uitæ securitate per agros dilapsi. Cap. 13. Eodem tempore causa accidit ut Damascū iuuentus dirigeret:qm̄ Ptolemęus frequentibus incursionibus incolas memoratæ urbis terrebat:cuius negocii necessitas occupauit de exercitu Alexandræ ualidam manum:Cleopatrā quoq; Tygranes qui Armeniis imperitabat in urbe cui nomē Ptolemais obsidione clauserat: quem muneribus Alexandra mulcebat: ut a se auerteretur. Quem Luculus facta interruptione in terras Armeniorum infectis rebus redire coegit: consultius ducentem sua tutari quam aliena adiungere. Tantis itaq; negociis intenta Alexandra: in morbum incidit: Quam occasionem rapuit Aristobolus ad suas artes: & congregata manu conspirantibus secum quos feruor naturæ ad præruptа queq; audendum cupienti adiunxerat: thesauros occupat: eorumq; copiis inuitat ad militiam uoluntarios ac precio componit: ut in omnia quę uellet fidem quę

Universidad de Deusto Biblioteca

staret:insulas regni iduit. Turbatis animi Hyrcanus matrẽ lachrymis cõueniebat. At illa spirans fortia filios & uxorẽ Aristoboli in castrũ reclusit:cui nomẽ primo Baris:postea Antonia appellatũ:de quo supra memorauimus. Cœpta Alexãdræ celeri eius obitu destituũtur. In hæreditatẽ omnẽ Hyrcanus successit:qui uiuente adhuc matre dignitatem iduerat sacerdotii:Aristobulus uirtute & sapiẽtia pstabat:resusq; ad cõtentionẽ atq; cõgressionẽ deducta urbi consertũ plæriq; relicto Hyrcano illum alterũ bello meliorem secuti. Hyrcanus comitãtibus secũ qui bello reliqui fuerant:cõfugit in Antoniã: repertisq; filiis & uxore aristoboli per obsides salutem inuenit:qa ne quid asperũ in suos fieret Aristobolus pacto cõsuluit. Conuentũ fratrũ huiusmodi fuit:ut regno hyrcanus cederet:atq; ad Aristobolũ ius omne imperii trãsiret:nec tñ Hyrcanum i honorum re linqueret. sed regni exortem honore alio fungi sineret:quẽ ipse impertiuisset. Trãsactio huiusmodi etiã religione tẽpli sacratam assensionẽ utriusq; tenuit uoluntariam:inde cũ gratia discessum est:ac se inuicem salutantes:Aristobolus in aulam regiam sese recepit: Hyrcanus æquanimiter in domum Aristoboli consessit. Cap. 14. ¶Sed fuere quos metus ac rerum mutatio incesserat: qui se studuisse aduersus Aristobolũ recordarentur:& præ ceteris Antipater:is erat Idumęus genere:moribus apud suos clarus:non tenuis pecuniæ:& ideo ꝑualidæ potẽtiæ:arte mira factus ad cõtẽnendam pecuniam ꝓp conciliandam gratiam. Qui Hyrcanũ consiliis suis perterritũ ꝙ nullam salutis suę spẽ tutam haberet:qui imperio decessisset:nisi transfugio consuleret:ubi ad suas artes inclinauit:insinuat Arethę regis fouendũ auxilio uirum:qui circũuentus foret ut regno cederet:decorũ hoc fore regi si arbiter fieret imperii restituẽdi:multoq; pulchrius si circũscripto cui primitiua regni cõpeterent dolo sublata reformari iuberet:illum uersutũ & callidum:& ideo suspectum uicinis:hunc mitẽ & quietũ qui pro sũmo beneficio acciperet quicqd sibi ab externo tribuereť:cui frater ẽt regnandi ius ademisset. Præparatã itaque arethę regis gratiã Hyrcano annũcians fugiendi spem detulit:& uiam ꝺemonstrauit: ut secum peteret Petrã in finibus arabiæ sitam:quo in loco regem adirent. Qui ꝑcibus antipatri doniſq; inflexus:plurimam bellatoꝝ manum Hyrcano adiunxit:ut regno restitueretur. Erant fere peditum equitũq; quinquaginta milia:a quibus prima pulsus cõgressioe aristobolus Hierosolymã cõfugit:ibi quoq; intutus aduersus tantã hostiũ multitudinem quę clausum expugnauisset:nisi Scaurus ductor Romani exercitus alterius belli occasione quod aduersus Tygranẽ gerebatur:soluisset obsidionẽ missus a Pẽpeio: cui recepti Mithridatis ultio grauis belliq; in socerũ trãsferẽdi ꝓpositum exarsit:qua cã Syriã infestari p Scaurũ ꝑceperat:quũ ipse Tygranẽ atq; Armeniã urgeret. Scauro itaq; aduenięti Damascũ quẽ Metellus & Lolius funditus euerterãt:occurrere fratrũ legati sibi qbusq; Romanæ opis auxiliũ implorantibus:& q̃uis iferioribus esset uiribus aristobolus:ꝑderauit tñ pecuniæ oblatioe. Vẽdiť sũma ꝓlialis certaminis talẽtis trecẽtis:& iustitia postulati ꝑcio pẽsať. Qua pecũia sibi annumerata:denũciat Scaur9 Hyrcano regiq; arabiæ discedere ab obsidione:aut si pmanerẽt:scirẽt sibi aduersum Põpeiũ & Romanos bello certãdũ. Eo terrore obsidio soluta:arethas Philadelphiã petiit:Scaurus Damascũ reuertit:aristobolus aũt uix dudũ idoneus ꝓpulsando periculo manũ collegit:hostẽ insequiť:& ad Papyronẽ (id uocabulũ loco) sex milia hostiũ simul & fratrẽ antipatri Fallionẽ prœlio fudit:Hyrcani atq; antipatri spes lapsa est: qbus fiducia ois in arabiæ uiribus erat. ¶Sed ubi Magnus Pompei9 abire Syriam cœpit:& Damascũ aduenit:a Romanis quorum auxiliis infracti de manibus uictoriam amisere opem postulant:Pompeiumq; adeunt tanq̃ iusti arbitrum & minime auarum pecuniæ. allegationibus itaq; non muneribus ut ante uiti cœpere: quoniam integer animus aduersus

corruptelã pecuniæ laqueis auaritiæ nõ capiebať:& gratuito odisse poterat fraterno infidiaꝝ honori: & ideo his eũ adorsi querelis qbus & aristobolo fieret inuidia:quũ indignus aliena inuaserit: & Hyrcano conciliareť gratia:cui uel merito uitę uel ætatis suffragio regnandi ius cõpeteret:astipulante psertim matris auctoritate: q̃ & iudiciũ eligendi habuit & ius cõferendi. Nec aristobolus diu abfuit: q̃is nihil in magno pectore qđ suis artibus cõduceret:intuereť. Præsũmebat tñ de Scauri redẽptione:sesęq; eius iactabat societate. Venit itaq; regio ornatu pditus: & ꝓpe maiore q̃ solebat stipat9 ambitu:ut q de iustitia diffideret:ad qescẽdi piudiciũ excluderet:spẽ obediẽdi negaret:sed diutius tolerare Ro. cõsulis sublimitatẽ nequit:cui mos erat regni exorti regib9 iperitare. Itaq; ubi ad urbẽ uentũ est cui nomẽ Diopolis, alio cõcessit Rõanæ dignitatis supciliũ dedignatus regni tumore. Qua secessione aristoboli est nõ mediocris datus offensionis locus:usq; adeo cõmoto cõsule ut statim arma Rõana in Iudęã cõuerterenť. Cõiunctis Syriæ ẽt plærisq; auxiliaribus:quẽ ubi cõperit aristobolus ad urbẽ Scytopoli atq; Coreas appropinquare unde erat Iudęæ exordiũ possessionis:cõfugit in alexandriũ castrũ munitũ admodũ:& in monte altissimo sitũ. Quo cognito iubet eũ Pompeius descendere:at ille tanq̃ herili ꝑcepto obedire indecoꝝ existimãs periculũ potius subeundũ: q̃ obtẽperandũ impio animi imodicus arbitrabať. Sed referta populis Rõana castra desup spectans simul a suis monitus nõ lacessendos quoꝝ in nomẽ ac potestatẽ totus prope orbis terrarũ concesserat, descendit:pluribusq; usus qbus regnum sibi iure delatum astruere cõtenderat:uel generis debitum necessitudine:uel exercitus iudicio qui secutus sit ualidiorem:deseruerint ignauum:uel euentu prælii uel pacti cõuentione ad munitionem reuertit:rursus cum Hyrcanus pręsulem adiisset uocatus ad iudicium aristobulus sese representauit: Sed cum adhuc comperendinari cognitionem uideret: in castellum regressus est. Melius enim inter spem & timorem putabat: ꝙ imperiis eius obediendo ad sui gratiã Pompeium inflecteret. Sed ne uí adigeretur:iterũ imperio cedere:in alexandriũ sese recipiebat. Nec præteriit Magnum regis uersutia:iubet eũ discedere munitionibus:idq; facturum datis ad singulos custodes munitionum litteris sese astrigeret: iussis qdem paruit quæ non audebat refellere. Protinus tñ Hierosolymitanis mœnibus se abdidit:& bellum aduersum Romanos parare cœpit. Põpeius quoq; fugientẽ insequi: urgere clausum:neq; parandis belli usibus tempus ullum dare:direxit Magni intentionem de Mithridate nuntius ꝙ morte bellũ finisset:urbs Hiericho in finitimis suis Pompeium tenebat:cum rei memoratæ indicia uenirent:locus prope urbẽ i quo balsamũ gignitur:uirgultisq; innascitur:quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolarũ: perq; eas incisiones distillat humor lachrymis pulcher rorantibus. Inde uir militiæ uetus compositis ordinibus ad uesperum castra mouit:& primo diluculo Hierosolymitanis mœnib9 astitit:atq; iprouisus armatas acies ifundit. Cap. 16. ¶Obstupefactus Aristobol9 dispositionis specie:uirorum robore:militũ alacritate sponte occurrit:ueniã ꝑcať: pecuniã:urbẽ:seq; offerens: Verbisq; in mollius suppliciter inflexis mitigauerat idignationem consulis:sed irrita precatione:quia effectus deerat promissionis nõ solum negatis pecuniis:sed ẽt urbe exclusо Gabinio qui oblatum petitum uenerat:bellũ incubuit. Nãq; Magnus adhibitis custodib9 Aristobolo:urbis mœnia speculari cœpit:atq; explorare diligẽtius:qbus i locis tẽtaret irruptionẽ:sed quũ & ualida muroꝝ circũspecta ret ꝙ expugnari nequirẽt:& tẽplũ in urbe haud inferioribus circũdatũ munitionibus: ut geminũ esset igressus periculũ:& a defensoribus tẽpli:& ab his qui muroꝝ ꝓpugnacula tuerentur:hesit animi dubius:sententiæq; incertus per aliquãtulum tẽporis: cum subito intra urbem orta seditio uolentibus Hyrcani sociis urbe recipere Pompeium re-

nitẽtibus Aristoboli ꝓpugnatoribus:illi portas aperire Magno:isti obserare:bellumq; inferre:ne regẽ eriperẽt.Sed pluribus quos terror potẽtiæ Romanæ auxerat cessere in feriores:atq; in tẽplũ sese recepere soluto ponte:qui transitu perui urbem ac templum medius coniunxerat. ¶Receptus itaq; in urbem est exercitus Romanus:& suis manibus Iudęi aperuere portas:nõ multo post urbis ac templi expugnatorib9 futuris.Completumq; est illud dauidicũ.Deus uenerunt gẽtes in hęreditatẽ tuã:polluerunt templũ sanctũ tuũ.Sponte itaq; tradidere regalia sua:cessere aulicis:Pisoni claro iter suos uiro & militię stipẽdiis exercitato id negocii cõmissum est ut manu ualida:aulam regiã:cęteraq; urbis tuẽda existimaret.Quod ab eo sollicite curatum quasi ad ea defendẽda potius q̃ occupãda Romanũ exercitũ ductauerit.Ad tẽpli aũt irruptionẽ qm̃ pertinaciter resistebaẽ Iudæos Magnus parauit socios uidelicet Hyrcani:ut si fieri posset aliena Romani mysteria non prophanarent:simul ut suis manibus Iudei fossas replerent:impio ministerio & turpi obsequio seruierunt manus eorum in cophino:mentes in sacrilegio:sed nihil proficiebat congestio cum reniterentur e muris Aristoboli fautores:& desuper afferrent impedimentũ:irritaq; Pompeio fuissent exordia:nisi incurrẽtibus sacris religionis quibus ab omni uacare opere Iudęos uetus obseruatio foret,imminere suos aggerẽ dis terrarum tumulis imperauisset:sola enim conserendæ manus usurpatio in consuetudinem uersa:etiam sabbato si tamen inferatur prelium:& salute extremum petatur periculum,decernendum sibi ferro iudæi existimant:reliqua certamina religioni ducunt.Iã uallum excreuerat:iam machinæ admotæ:repugnabant regii murorum altitudine ferociores:nec itermixti pliis ꝓpriore Magni accessu iclinabanẽ.Stupebat Põpeius acres uirorũ aios:muri decorẽ ac magnitudinẽ:& nusq̃ remissa officia sacerdotũ i medio belli furore:tanq̃ ꝓfunda pax esset nihil decrat sacrificioꝝ solẽnitati:inter bellatoꝝ iacula mortesq; cęsoꝝ fundebaẽ sanguis hostiaꝝ.Victima altaribus ponebaẽ:ante arã positi feriebanẽ.Tertius iam mẽsis anceps adhuc certamẽ tenebat.Prius Sylla ortus Cornelio Fausto9:& duo centuriones quoꝝ uni nomẽ Furio:alteri Fabius erat:deiecta turre muroꝝ:templũ irrupere singulis sese cateruis:& circũdantes undiq; tẽpli iteriora:quos cũq; reppererãt:gladiis trãsuerberabant:cædebanẽ fugientes:repugnãtes alii obtrũcabanẽ.Nullus parcendi modus.nec tñ ea sæuitia bellantiũ obseqa uatũ impedita.Nudatis gladiis iminebat hostis:illi tñ sine ulla ꝓturbatione soliti uicẽ muneris exequebanẽ. Nullũ intermissum est officii genus.Quicqd ad purificationis solẽnitatẽ:qcqd ad cultus sacri obseruantiã spectare poterat impletũ est.Tanta erat cura ministerii:atq; utinã pro ueritate deuotionis & fidei fuisset:maiora quoq; a suis orta pericula q̃ sibi ab Hebræis inuicem inferebanẽ:atq; intus pugna uchementior:& seditiosis ꝓpius & anceps periculũ:a frõte externus hostis:a tergo lateribusq; domesticus urgebat. Cap.17. ¶Ita concluſi undiq; alii se præcipitabant:alii patriæ incendiis exurebantur.Sacerdotes tamen usq; ad ultimum in suo munere perseuerabant:hortantes se inuicem ne in posterioribus ponerent officium religionis q̃ salutis:presidium recte secum agi si pietati impenderetur quod deberetur necessitati:pulcherrimumq; si in patriæ sinu sepeliri liceret.Quid autem iuuaret euadere & superstitem uiuere religioni? præclarum potius op9 muneri cõmori pio.Qd si quis periculi metu deserat,sacrilegiũ est:si quis impleat, sacrificium & pia passionis uictoria.Infulati itaq; sacerdotes iter suas hostias imolabãtur:& amicti sacerdotalibus stolis iter cadauera cæsorũ humi iacebãt.Fusa illic Iudęoꝝ XII.millia:Romanorũ pauci extincti:plures uulnerati sunt.Nihil tñ grauius in illa miseria ingemuerunt Iudęi q̃ q illa abscõdita ante sacrificationũ mysteria retecta gẽtibus ac manifesta sunt:deniq; Pompeius curarũ istiusmodi declinãs superflua dum triũpho

potitus ambusta obiret:sequẽtibus se suorum plurimis:uidit tabernaculũ scdm qd̃ soli principi sacerdotum solẽni accessu patebat:atq; intus aspexit lucernam:& mensam & thimiamata:& tabulas testamẽti:superq; eas Cherubin:multitudinẽ aromatũ dispersam:& sacræ pecuniæ talenta duo millia:i qbus quũ plurimũ auri esset:integer tñ ab oi cupiditate uel ipsa:uel si qua sacroꝝ uasorũ inuenta sunt:intacta seruari pcepit:& sequẽti post excidium die neocoris iussit mundare templi interiota:& celebrare assueta sacrificia:Hircano quoq; principatũ sacerdotii dedit:prompta eius opera usus in obsidiois necessitate:nã & si ifid9 suis:Romãis tñ fidelis ut sua pria expugnaret.Sed puto nemi nẽ dici fidelẽ posse:q suis fuerit ifid9.Nõ pfunctorie itaq; i ipso prœlio iuuit hostes suorũ:uel q; extramurãi ppli multitudinẽ annitẽtẽ Aristobolo:retraxit ab ei9 societate:adoia tñ qb9uel pueniẽdi Aristoboli:ducẽdiq; ei9 auctoritate:uel cõficiẽdo celeriter bello Põpei9 egregi9 ipator fuit.Præclarũ hoc addidit ut i uictoria modũ teneret:deniq; benignitate sibi magis q̃ terrore quos uicerat associauit:auctores trm̃õ belli securi pcussit: Tributũ quoq; uictis iposuit:statuit ducẽ:Iudęæ fines determinauit.Suis ergo finibus circũscripta Iudæa est:reformauit ẽt Gadarã:quã Iudæi euerterãt:rogatus a Demetrio qui patriæ suæ huiusmodi gratiã a patrono popposcerat:& in hac cã & in pluribus apud Magnũ super libertorũ modũ usq; ad inuidiã excellẽs:Aristobolum autẽ cũ filiis & socero ei9 captiuos statuit secũ Romã deducere:sed unus ex sobole regia i itinere elapsus custodibus domũ reuertit:ei nomen Alexãdro:ætas fratre ꝓuectior & sorores duę.Antigonus itaq; æuo iunior eũ fœminini sexus germanitate ad urbẽ deducti:Pompeiusq; Cilicią & inde Romã petiit. Cap.18. ¶At in Syria Scaurus cui ducis officio ꝑerat receptis urbibus quas Iudæi inuaserant in mediterraneis Scitopoli:Ippone:Pella: Samaria:Iannia:Maresa:Azoto:Arethusa:maritimis quoq; Gaza:Ioppe:& ea q̃ Stratonis turris olim uocabatur:postea Cæsarea nũcupata sub iperio Herodis qui & ornatum adidit:& nomẽ mutauit:aduersum Arabas bellũ moliebatur:Iudęam iter Euphratẽ & Aegyptũ:Syriã quoq; suis reformatã finibus iudicio coercens pdandiq; cupidine: quod potius reor:ac ꝓferẽdi imperii gratia summã regni Arabiæ Petrã inuadere uolẽs: difficultate quidẽ locoꝝ impeditus irrumpere nequiuit:plura tñ uel ꝓpinqua urbi uel lõge posita deuastauit:qbusi locis exercitũ eius morantẽ fames iceserat:ac pene icidisset facinus miserabile:nisi per Antipatrũ laborãtibus Romanis Hircanus alimoniã ministrauisset.Idemq; de consilio Scauri Aretham monuisset soluere bellum pecunia:denique trecentis talentis Arabs hoste se exuit:Scaurum redemit:hoc regressionis eius pcium fuit:quę pacis securitatẽ fouebat:q; in locis hostilibus exercitui Romano opera eius exidigentia graui frumẽti facietas facta auxiliumq; prẽsto fuit:Alexander bellum assumpsit. Cap.19. ¶Sed ubi Alexander e uinculis Magni elapsus primum occulte & per aliquãtum tẽporis manũ sibi idoneã cõgregans:deinde palã percursare cœpit Iudæam:exagitari Hircanus:& rebus suis diffidere romanos cura urgere ne bellũ glisceret:qm̃ ẽt murũ reparare Hierosolymis constituerat:quẽ Magnus destruxerat: ac ꝓpe aggressus fuerat opus:nisi Gabinius qui Scauro successit:curatis strenue cæteris quibus terrorem sui nois sparserat:occurrẽdum Alexandri tentamẽtis ęstimauisset. Nec Alexãder refugiẽdum arbitratus:sed decernere ꝓlio ausus cũ decẽ milibus peditũ: mille & qngentis equitibus ẽt castella reparauit:Alexãdriũ Hyrcanium Macherontã receptaculo sibi(si respopposcisset)futura:uel hostibus impedimẽto:qm̃ & arabia non satis fida Romanis ꝓxima erat:Gabini9 quo citius occurreret Marcũ Antoniũ cũ parte exercitus ꝓmisit:ut iter hostiũ impediretur:donec ipse cum toto agmine aduentaret: Antipater cum electis aduenięs & Malichus & Phitolaus diuersis Iudęoꝝ subnixi ca-

teruis:cum Antonio uires iuxere:quos ubi cõfertos Alexander uidit(nam iam & Gabinius aderat)flexit cõsilium:ut retrorsum cederet. Sed quũ iam nõ longe esset ab Hierosolymis:coactus manũ cõserere:victus aufugit:necatis ferme tribus milibus suoꝝ:cęteris captis & dilapsis:uix Alexãdro pauci supfuere: potius ad fugę societatẽ:q̃ ad rebellandi audaciã. Deniq; pacẽ a Gabinio petens:et castella ne qd suspectũ haberent: Rõanis tradidit. Eo bello egregie antonii uirtus emicuit: q̃uis p̃clarũ ubiq; documentũ suæ dederit fortitudinis. Gabinius in quinq; cõuentus Iudęã diuisit: ut ptãtem minueret: ex qua oriebat potior rerũ insolentia. Hyrcano p mãsuetudine ingenii eius sacerdotii honor mansit: totius aũt regionis eius cõuentus nõ uni sed in cõi Hierosolymitanis a Gabinio cura imptita:itemq; cęteri cõuentus simili modo attributi p Gadarã & amathuntẽ & Hiericũta Sefforitanosq;:urbes scilicet potiores diuisi:quo & singulorũ potentiæ nihil relinqueret:& functio regionũ nõ uacillaret:quæ publicã expectaret sollicitudinẽ. Quod & Rõanis ad releuandũ rebellionis metũ:& Iudæis ad deponendã inuidiã cum gratia susceptũ: qm̃ nõ sub rege:sed sub optimatibus degeret hebręoꝝ genus:ad reipublicę romanæ similitudinẽ: in qua nõ unus imperitaret: sed p uices optimi quiq; qbus sortio magistratus cesserat:administrabãt regni qdam exortes:sed regũ arbitri: cõsultũ prouide aduersum inquietudinem gentis æstimabat. Cap. zo. ¶Sed aristobo li fuga redituq; in Iudæã plurimũ turbarum excitauerat: plærisq; refluentibus ad eum quos ueteris amicitiæ gratia sollicitauerat:aut res ultimę: quibus remediũ ex discordia publica quærebat:ima sũmis miscere cupientibus:atq; aliæ spes lapsæ forent. Regressus igit aristobolus munitiões ędificare:alexandriã reparare cœperat: quo cõperto Gabinius Sisinnio & antonio:Seruilioq; cũ parte exercitus: directis cœptũ opus ipediuit: desertis enim munitionibus aristobolus se bello parauit: & quia maiore numero q̃ usu agmẽ trahebat deonerauit inermis populi multitudinẽ: & sola octo millia armatorum coegit adiuncto quoq; Phytolao q uoluntarius ex Hierosolymis cum uiris mille aduenerat:deinde orto p̃lio(imminebãt.n.romani eius ceruicib9)aliquãdiu quidẽ strẽnue pugnatũ:tm̃ ualuit uirtus romana:cæsa Iudæorũ quinq; millia. aristobolus cũ mille uiris irrupit aciem:& in castelli macheruntis munimẽtis sese recepit: duo millia alio dela psa:adorsi tm̃ castellum romani per biduũ ferme dilati:qm̃ de ultimo periculo aristobolus totis uiribus decernebat. Sed nequaq̃ diutius sustentare potuit:captus cum filio antigono quem pariter fugiẽs de uinculis secum abduxerat: ad Gabinium missi & ab eo romam directi sunt. Senatus aristobolo in custodiã detruso:filios eius ad bithiniã dimisit. quod gabinium ferunt epistolis insinuasse:id aristoboli coniugi promissum remuneran dæ sedulitatis eius gratia ob traditas sibi munitiões. Cap. zi. ¶His in Iudęa gestis Gabinius audẽdum aliquid ratus, in parthos expeditionẽ parauit: sed suspecta ptiũ Ptolemæi regis reuocauerunt profectum. Nam ab Eufrate in ægyptum gabinius iter cõuertit: Vsus necessariis ad omnia ministeriis antipatri & hyrcãi. Sed hyrcani per antipatrũ qui pecunia: frumẽto armis auxiliis quoq; exercitũ iuuare ac maxime cõgressos circa Pelusium nisi gnaris locorũ & totius belli generis Iudęis oia ꝓcurantib9 Gabinium facile deterruissent. Sed rursus morante exercitu alexander aristoboli filius in Syriam se se in alterã uelut in uacuam prouinciã imergere moliebat:nisi rumoribus excitus Gabinius reditũ maturauisset:p̃missoq; antipatro reuocasset plurimos Iudęoꝝ ab alexandri societate:quorum multitudine fretus parabat omnes quos i regione offenderat Romanos exitio dare. deniq; dilapsis licet Iudęorũ plęrisq; p antipatri conuentionẽ: auduciã tm̃ non deposuerat:prælioq; adorsus in .XXX. milibus uirorũ circa Itabirium montem fusis:cũ decẽ milibus aufugit:reliquorũ dispersione bellũ confectũ. Gabinius cõpositis

ad arbitriũ antipatri reipu. hierosolymitanę negociis:inde ꝓfectus Nabatheos p̃lio subegit:Mithridatẽq; & Tygranem fugientes de Perside occulte remisit:palã tm̃ militibus intimauit fuga lapsos. Successit Gabinio Crassus: & ꝓfecturus ad Parthicũ bellũ omne qd̃ erat hierosolymis aurũ in templo abstulit. & præterea duo milia talenta detrahi iussit:q̃ Pompeius intacta reliquerat: nec longũ lętatus ubi trãsmisit Eufratẽ exercitũ amisit:& ipse extinctus est. Eo successu Parthi lætiores transeundũ in Syriã credidẽrũt: quos strenue insidiis excepit Cassius:& cõmissæ sibi ꝓuinciæ finibus repulit: nõ sine graui detrimento hostium:cũ effuse uenientes q neminẽ sibi obsistere ausurũ arbitrarent:locis præuentos angustioribus occupauisset. Deniq; fusis suoꝝ pluribus bellũ deseruere. Cassius repulso hoste securus ꝓuinciæ:in iudæã irruit: & Taricheis delectis xxx. millia iudęoꝝ in seruitutẽ Phitolao quoq; suspectũ dolo quo partes Aristoboli sulciret uendidit:iugulari iussit. Neq; expers consilii eius Antipater fuit: ut ęmulũ potentię q̃ maxime excluderet. Cap. zz. ¶Si Antipater cognouit uxorẽ cui nomẽ cypris splendidissimo inter arabię fœminas loco ortã:atq; ex ea suscepit liberos quattuor sexus uirilis & unã fœminã. Viris huiusmodi uocabula. Primus Phaselus sequens heros uocati:tertius Iosephus:quartus Pheroras: & Salome filia. Eaq; cã uir egregie factus ad emerendã muneribus:atq; amicitia societatẽ potentiũ: gratiam p̃cęteris sibi regis Arabũ cõciliauerat: quia de locis Arabię uxoris acceptę p̃tendebat necessitudinẽ. Deniq; aduersus Aristobolũ decernere p̃lio parãs filios suos p̃dicto Arabũ regi q̃si mutuę charitatis pignora direxit. Quos ille q̃ depositũ iuiolabile susceptos eo cultu quo liberos domi habuit:& postea repetitos pri reddidit. Sed cũ Aristobol9 bello supat9 in uinculis haberet: Alexãder filius eius cũ secundũ cõuẽtiones pacis qbus eũ cassius ad Euphratẽ rediturus deuinxerat p̃lio uacaret:quũ confinia pfidis haud ullo suspecta parthorum trãsitu infestarentur:& blandæ trãquillitatis species in oriẽtis ptibus humanas leuaret solicitudines: Cæsar trãsalpinis regionibus galliarum italiæ sese infundẽs: Pompeiũ senatũq; ultra Ionium mare expulit. Italia exclusus Acmathiã Magn9 petit:ecq; diuersis ex locis Rõana iussit agmina sequi q̃ ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis Aristobolũ quẽ Romæ uinctũ reliquerat eum cæsar qui inter urbẽ Romã atq; põpeiũ medius erat:q̃ de flaminia in appiã compẽdiis tramitib9 Magnũ sequebat:ut uel ipsum exciperet:uel interciperet eius exercitũ, uinculis leuatũ tributis ẽt militaribus numeris in syriã direxit:ut Iudæã sibi adiungeret: Põpeiũq; a tergo urgeret. Sed in exordio tẽtamẽtorum ubi ad locum peruenit ueneno interemptus:imperfectũ negociũ reliquit. Opinio mortis eius põpeii fautoribus adscribebat: ita lusæ sunt dispõnes cęsaris: & destitutæ Aristoboli cupiditates noua quadam mutatiõum uarietate:ut tutior fuerit exul inter hostes in uinculis captiuus:q̃ iter suos ciues:domi nus in cubiculo: rex in conuiuio. Quo comperto põpeius q̃ Aristobolus i iudæa recidiua sibi bella reparare tentauerat etiam filium eius Alexandrũ iugulari iussit:uspectum nimis i partes cæsarianas. Scipio Cnei mãdatis obediẽs pro tribunali statuit reum:ut species iudicii ptenderetur: accusatorib9 quoq; adhibitis:atq; in eum qui romanam rem publicã armis iquietasset snia ꝓlata: ut pro iuris potius auctoritate q̃ pro executiõe p̃cepti more quo duces hostium cõuictus rebellionis:securi percussus ęstimaret. Cap. z3. ¶Cognita utriusq; nece Ptolemęus q susceperat Aristoboli germanos:& uxorẽ Alexandri Philippionã filium suum i urbem Ascalonã direxit memoratos fratres accersituꝝ:ille aduenięs suscepit Antigonũ atq; eius sorores:ut ad patrẽ deduceret:usu & cõsuetudine amoris ignicu lus obrepsit adolescenti ignoscendo ꝓfecto:si scirent tyrãni ignoscere: atq; alteram de sororibus accepit sibi in cõiugii societatẽ. Non tulit hoc Ptolemæus pater: sed occiso si

uit inhabitantibus. Ac ut singula ꝓsequar: haud ullū facile ꝑteriit locū uetustarū urbiū quē nō renouaret labentē: aut additis quę deesse uidebant ædificiis ornaret. Liberalitates quoq; suas usq; ad qnquagenaria diffundens certamina: uile illud hoium genus esfusis diuitiis locupletauit. Templū ēt cęsari de marmore albo condidit ad fontes iordanis: adeo imemor factus religionis ut homini templū sacraret: usumq; gentiū in Iudęa induceret: loco nomē Paniū est. Vbi mons altitudinis excelsæ sūmo i sublime uertice porrigit: cuius in latere umbrosum aperit antrū per qd graue olentis ꝑcipitii ꝓfundū sæuā exhalat mephitim. Intus aquarū congregatio: & sine ullo motu multa uis inerat: ut nulla æstimatio ꝓfundæ altitudinis cōpræhenderet: Foris aūt circa ipsius antri radices fontes scaturiūt. Vnde ortū illic iordanis plærisq; æstimauere: nobis tñ quid ueritas habeat in posterioribus aperiendū uidet. ¶Erat in maritimis ciuitas quę Statonis turris appellabat iam fessa bellis frequentibus: & uetustate ipsa inclinata in ruinā. Oportunitate tñ & gratia loci ꝑminens quā renouauit lapide albo & uariis ornauit ædificiis: atq; in ea magnanimitatis suæ uirtutē: & elegantiā operis expressit. Inter duas. n. maritimas urbes noie Ioppen: & Ioppen sita in medio: utraq; ex parte perstringit: importuoso littore: ut oēs quicunq; ex ægypto phœnicē prætermeare desiderant: in salo fluctuent: quia frequenter illic mare uentis excitatur: & maxime libyis spiramine cuius ēt moderatiore flatu fluctus attollitur: idemq; illisus ꝓcurrentibus saxis: & fracto repercussus impetu efferū mare cadendo exasperat. Itaq; rex nullū impensis statuens modū magnanimitate uicit naturā: portumq; maiorem pireo constituit: atq; in eo penetrata rupium uastitate stationes tutas composuit. Mensus quoq; spacium quod magnitudini portus conueniret saxa ingentia in mare iecit: quibus ineset pleriscq; altitudo pedum quinquaginta: aliis etiam excelsior. Distinxit ipsum maximis turribus portum: quarū unam Drusion uocauit: ut Drusi nomen q de cęsaris maioribus fuit insignibus sui opis intexeret. Gradus ēt breuiores locis interposuit frequētioribus: ꝑ quos sine graui labore nauigia subducerent. Tribus ēt colossis ingētibus totā portus illius gratiā uenustauit. Itez tē plū cęsaris editiori fundauit loco: & templi medio colossum cōstituit Augusti noie: uelut simulachrū ipsius. qd cū nō minoris magnitudinis foret simulachro olympii Iouis aut Iunonis argiuæ. Nescias pulchritudinē i tantis difficultatibus an ualiditatē operis ac munimentū in tanto decore ꝑstare amplius putes: qñquidē insolubile maneat opus: & mari: & uetustati. Accessit itaq; in eo opere multiplex gratia. Nā urbs maxima adcreuit prouinciæ: & portus nauigātibus. & honor cęsari: cuius noie cęsarea in hoc tempus uocat. Ca. xxxvi. ¶Hāc regis potentiā prosperis affluētē successibus unius mulieris expetita societas iclinauit mœstisq; infregit doloribus: ex quo aduersum ius fasq; coniugiū: dignitate potius generis: q̄ caritate usu quodā regio metiendum existimauit. ¶Habebat aūt in cōsortē Dosidē noie Hierosolymitanā fœminā priuato sibi anteociatā: quę gratior eo esse debuerat: quo fuerat felix marito: cū qua regale fuerat adeptus fastigiū. Vez imemor gratiæ proiicit Dosidē: sociat mariamnen aristoboli neptē: alexādri filiā: Itaq; dū sequit nobilitatē i pturbationē incidit qua sibi domus propria non cōueniret: cui diuersaz ꝓuinciaz multiplex obtēperaret populus: ac ne oculi nouę nuptę nouercali domi posito eo quē Dosis generauerat offenderent eiectus non solū paternis ædibus: sed tota quoq; urbe antipater (id. n. iuueni nomē) infaustis nuptiis locū fecit: quas pater unici filii exilio celebrauit: uixq; festoz diez solēnitatibus arcessebat: uidēs mulier morigerari sibi maritū ēt pietatis cōuicio in superbiā cōuersa: addita ē ēt cā qua iure eius aius inflammaretur: quia Hyrcanum auum suum uiri sui insidiis cōpererat extinctum: falso suspectum propter regni cupiditatem. Ipse ē de quo supra memoraui⁹

Barzafranes q persis imperitabat: cū occupasset syriā captiuū abduxerat: atq; in parthia primo retentus: postea iudæis postulantibus q supra Eufratē inhabitabant miseratus sortē inclinatā permiserat. atq; utinā ut concessus fuerat deprecantibus ita ēt credidisset monentibus ne more ingenii humani propinquorū eum potētia sollicitaret: ut ad herodē transitū faceret. eā illi periculo futurā: q̄ nullos magis regni cupido seruandi q̄ proximos exagitaret: atq; a ꝓpinquis caueret. Verū ille tedio peregrinationis: & suoz desyderio transiuit eufratē: in Iudæam reuertit. Quod altius in pectus Herodis: q̄ quisq̄ ratus erat descendit: nō q̄ ille regnū affectauerit: sed qui a uiro regii generis: & diu exercitatæ priuilegio potestatis incertū an ab eo abstinere se posse æstimabat. ¶Laqueus igitur mortis Hyrcano coniugiū neptis fuit: cuius gratia properauit ad herodē: nescius tutius apud hostem captiuos degere q̄ apud regē propinquos. Nulla itaq; uel leui regnandi suspitione hoc solo interemptus: q̄ ei competere regnū uidebat. Diligebat interea Mariamnem impenso amore: nec offensam uolebat: Cumulauerat mulieri gratiam numerosior partus. Nam quinq; ei generauerat filios: sed ex tribus maribus iunior Romę obierat dum litteris imbuitur liberalibus. Reliqui duo ultra priuatoz modū regio cultu celebrabant. Suffragio erat iuuenibus patris nobilitas: & suus ortus in regno: q̄ imperante iam patre geniti forent: sed amor maxime mariānes qua rex magis magisq; quotidie accendebat: ut cū illi nulla uicissitudo amoris a cōiuge rependeret: caueret tñ ne in aliquo mulieris aium mœstificaret. Aequa lance odium mulieris: & amor uiri aduersum se certabant. Iustius tñ mariamne amantē se uirū oderat: q̄ Herodes mariamnē nō amabat amantē. Suppetebat mulieri odium de flagitio: fiducia de amore: quia alterum dolore neptis auersabat: altero per obsequium amātis extollebatur. Et ideo ne a conuitio quidem obiciendoz criminum temperauit: q̄ auum sibi hyrcanum: & fratrem ionathā ꝓ scelus eripuisset: cū alius ꝓsocer: alius affinis: ille pp senectutis infimū seruari debuerit: hic saltē pp ætatē adolescētulū: facinus indignū cui septē: & decē annoz adolescēti summū cōmiserat sacerdotiū: huic cōtinuo honorē cōtulit: & mortē intulit: nulla alia cā ut accepimus: nisi q̄ sacerdotali amictu indutus: ubi accessit primum ad altaria sacrato & celebri die: subito populus illachrymauit: quod suspectū adeo Herodi fuit ut præ gaudio crederet populū illachrymasse: atq; eo erga Ephæbū ꝓdidisset affectū suū: lachrymas illas uoti indices studiū populi sui piculosum: q̄ intimis uisceribus significauit: q̄d studiū cōtra cultū adolescētis haberet: & nobilē illū regiū neptē impotētis muliēris filiū fratrē reginæ ꝓteruioris: quæ regē uiz dedignaret proruptuz ad imperādū: nisi maturius sublatus e medio foret: cui forma: cui decoris gratia suppeteret: ut iure ꝑferendus oibus æstimaret. Proposuit itaq; adolescētē occidere: exagitabat eū mater adolescentis: quæ & ad inuestigandū acrior: & adolescēdū uæhemētior: nihil occultū: nihil q̄ inultū patiebat: eoq; reuocare sese ac reprimere deliberabat. Rursus exagitabat eū cumulatior indies contra adolescentem amor uniuersorum: & regni periculum. Vnde prærupto furore excitus: statuit quouis modo sibi consulere. Ca. xxxvii. ¶Mittitur adolescens nocturnis temporibus ad urbē hiericō: atq; ibi solitus delectari studio natandi a plurimis quasi in ludum coeūtibus: dum sine modo mergit in piscina necat. Id tacitū soror non tulit: sed affectu germanitatis per conuicium prodidit: atq; obiecta uit marito iussu eius sibi fratrem ereptum. Destitutam se omnibus: funestam sibi domū coniugis qui primo sibi auum ademerit: postea germanum interemerit: miseram se exitio suis fuisse: imprecari dira uiro: socruī & regis sororī: commune omnium flagitium ultorē deū poscere: ne tantū facinus impunitū relinqueretur. Ferebat ista Herodes quasi amore captus: & nutib⁹ deditus: sed furebat mulier: & ferre nō poterat maledicta exe

crantis:& indignantis arrogantiã maxime:quia uictus miraculo eius Herodes insurge re:aduersus dilectã nequibat:& ideo quo magis excitari quasi amans posset scæna adul terii contexit: atq; in mulierẽ istiusmodi crimẽ componit:q; imaginẽ suã Antonio in ægyptũ destinauisset. Quãtæ illud intemperantiæ fuisse:ut absenti & prompto in libi dines uiro tum p̃terea potenti qui potestate pro iure uteretur: formã suam uenalem of ferret:& pulchritudinem licitaretur:nouę actionis cõmercio se mulierem prostituisse ui ne amoris an odio mariti cuius periculum p̃ mercede adulterii postulauisset. Hoc itaq; cõmento mulierem apud Herodem Mariamne quo magis amabatur: eo grauius ap petebat:nec tñ insimulatio ipsa q̃is indignantium fœminarũ aliena ueri penitus fuit: matrẽ uero Alexãdriã furẽtem:q; alius filio suo aristobolo in sacerdotio p̃ferebat. Hoc .n.noĩe Ionatham filium suũ q; auũ sibi regẽ fuisse in memoriã reduceret appellari ma lebat: ab Antonio per musurgã quẽdam litterarũ sequæstrẽ petisse filio suo sacerdotiũ. Fides uero propior erat. Deinde adueniente in iudæã Gellio Antonii amico cognitũ ado lescentẽ miraculo fuisse propter excellentissimi decoris gratiã. Non minus ẽt mariam nẽ cuius quo dignitas clarior eo fama illustrior:& forte cõpertã more quodã ingenii hu mani quo uiri quoq; eo se interioribus amicis cariores cupiant declarare: si p̃ntibus quo q; necessitudinibus suis mẽsæ hospitalitatis societatẽ indulgeat:ibi quoq; Alexãdriæ da ta cũ Sossio colloquẽdi copia licet liberiori uidue:alia quoq; cognoscẽdi hospitis deesse copia nõ potuerit:cum p̃sertim huiusmodi & causas & psonas reqreret. Deinde collato utrinq; consilio id se dedisse sniæ:ut utriusq; imagines Antonio dirigerent. Præstrictũ il lum splendore imaginũ:& Sossii p̃cipue testimonio:qui nihil tale se unquã uidisse in ter ris asseueraret:& gratiã illis nõ hoium:sed diuinã inesse lenocinantẽ ut excitaret uiri mi nime sobrias cupiditates scripsisse Herodi ut aristobolũ ad se sine mora mitteret. de Ma riãne q; sibi coniuncta foret:p̃termisisse. Nõ cooperire libidines suas uel in his quæ nu ptę essent apud maritos soleret:cui sine periculo usus foret flagitiũ sine pudore: sed quo Cleopatra cauceret indignationẽ quæ utriusq; quidẽ sexus riuali offenderet:sed amplius sibi sociatã uiro mulierẽ deprehẽdisset:quia se decore sup oẽs excellere mulieres arbitra bat. ¶Perlectis itaq; lris:Herodẽ excusauisse q; sine seditione populi & pturbatione to tius gentis auellere a suis nobilẽ nõ posset adolescentẽ:atq; ut satisfaceret alexandrę spo ndisse aristobolo sacerdotiũ:sed cũ morã fieri promissis uidisset: & arte se ludi puta ret:alexandriũ parauisse nauigiũ:atq; in ipso apparatu fugę cognito per Sabbionẽ con silio reuocatã esse cũ filio. His motũ Herodem dissimulasse ad tp̃s iniuriã & accelerasse aristobolo sacerdotii collationẽ:ut honoris specie paratæ necis inuidiam uelaret: Qua peracta ut diximus quasi fulmine ictus exagitatus est: simul & affectati adulterii adfi cto a suis crimine:q; sciret Antoniũ promptũ ad libidines & inuelatas ex eo q; plurimũ poterat inflãmantẽ in omne genus amatoriũ cupiditates Cleopatræ quoq; inexpiabilẽ riualitatis præcipue dolorẽ atq; imanitatẽ:quę plurimos uiroꝝ quos seniores cura uxo ris reprimendã intemperantiã cõpererat interemisset:iminere sibi periculũ nõ solũ amit tendæ coniugis sed ẽt subeundæ mortis perhorrescebat. Proposuit itaq; ipse contendere in ægyptũ ut Antoniũ uel Cleopatrã quã maxime metuebat flecteret. Euocatũ alii fe runt, M. Antonii litteris eo tetendisse:ut necati adolescẽtis causas præstaret. Profecturus tñ affini suo Iosippo Salome germana regis in coniugiũ conuenerat: secreto aperit sus pectã sibi necẽ pp cõiugalis formæ appetẽtiã quã missa sui decoris specie p̃didisse mu lier argueret:id se q̃si affini negocii cõmittere ut si ipse ab Antonio extinct⁹ foret mariã nẽ necaret:ne merces flagitii supesset. Iosippus haud q̃q ut arbitror studio p̃ditoris:sed quo mulieris erga uirũ sopiret querelas:q̃bus se afflictã diceret ardere odiis uiri mãdatũ

exprimit:atq; ad affectũ amantis interpretat: qd ne mortuus quidẽ pateret Herodes seiungi se ab uxoris societate. Sed mulier longe aliter q̃ Iosephus æstimauerat ad argu mentũ traxi: implicatæ adhuc in se crudelitatis cuius exercendæ post mortẽ quoq; suã executionẽ affini proprio mandauisset:infestũ illũ sibi iniuria qui suspitiones suas nõ ar gumento aliquo ueritatis examinaret: sed p̃ruptæ mortis exitio urgere nullũ odiis finẽ fore:quæ se ultra ipsum uitæ ac salutis defectũ extenderent. ¶Sed Iosippus domestici mali imemor dum alienam coniugẽ uiro reconciliari appetit:suæ coniugis aduersum se inflãmauit suspitiones:quę colloquia uiri proprii cum Mariamne morasq; in aula regia haud pfunctorie ferẽdas arbitrabat. Deniq; ubi frater reuertit in simulationes nõ distu lit iniuriã addens suã regalibus contumeliis q; sibi quoq; Mariamne ademisset maritũ: sed Herodes perstrictus licet:tñ haud quaq̃ grauius primo cõmotus est: nec infensum se uxori prębuit:cum ẽt ui amoris infractus quodã die mulieri iurare cœpit: q; tanto eã diligeret affectu:ut nunq̃ alterius mulieris flagrauerit cupiditate. Ita oẽs ex aio abiece rit ut uxori fidem seruaret. At illa. Statis inquit amorẽ erga metuũ mandatis quę Iosip po dederas declarasti:p̃cipiens ut me occiderer. Quomõ potest amare qui occidere põt? Amens illico rex ubi audiuit secretũ suũ proditũ cogitare cœpit nunq̃ prodituru fuisse Iosippũ nisi captus amore mulieris mercedẽ proditionis stupro quęsisset:manifestũ qd diu latebat in aperto crimen indubia corruptione. nõ frustra excitatã sororem quę do mesticam iniuriam prę cęteris deprehendisset. Itaq; indignatione nimia furens animiq; impos exiliuit de lectulo fugiẽs corruptelæ turpis cõtagia:nec furentẽ capiebat aula. au diuit soror uociferantẽ:cõtinuoq; rapiens tẽpus ad argumentũ insimulãdi & occasionẽ nocẽdi cõfirmauit indignãtes suspitiones:impulsus itaq; dolore iniuriæ ifimulatiõe ger manæ iubet occidi utrũq;:nec multo post secuta est factoꝝ pœnitẽtia. & ubi ira cecidit amor successit:& passio resuscitata est tantusq; incãduit feruor cupiditatis ut defunctã nõ crederet:atq; in excessu mentis positus quasi uiuentẽ alloqueret. Et sicut ad eã quæ uiueret pueros dirigebat rogans ut depositis simultatibus ad sese ueniret & redderet se cõiugali gratiæ. Vix deniq; multo edoctus iteruallo tpis obiisse credidit quã pro amore tanq̃ imortalis fœminã decoris mori nõ potuisse arbitrabat. Tantus erat affectus erga defunctã. Deniq; efferus postea atq; in multorũ necẽ pręsentiũ odio fertur exasperatus: nec solũ morbo animi laborasse:sed ẽt graui corporis ęgritudine:quã ex pestilentia quo q; aeris contractã aiebat. Nam tractus cœli corruptior plurimis pestẽ creauit. Vnde cõ sultis medicinę peritis siluarũ secretis sese abdidit: & refuso paulatim uigore uenatibus salubritatẽ corporis pariter ac mentis sospitatẽ recepit. Cap. 38. ¶Hoc quoq; addebat miraculis suis qbus defunctę suspiciebat gratiã: luisse se iniusti pœnas supplicii:& elementoꝝ ęgritudine expiatũ interitũ tanti decoris: excidio mundi populorũ lue unius mortẽ:sorte tñ impari uindicatã:cum fructus terra abnueret: fames augeret pesti lentiã. Hunc Mariamne exitũ tulit:sobria uiro pudica:sed insolens forme conscientia. Cuius magnanimitas supfluebat:sedulitas deerat ut blanditias dedignaret mariti:secu ra q; nihil ab eo qui supra modũ diligeret exitii perpeti posset: nec solũ ad p̃sens ultio nem repperit:sed ẽt in reliquũ hęreditaria odia transmisit. Cui succedere filii materni do loris executores. pio erga matrẽ quidẽ affectu:sed erga patrẽ impio: cum utriq; parentũ pari munere ius naturę soluendũ foret. Nec inexercitatos dolor repperit. Nam diu ro mę eruditi latinis iuxta & grecis litteris astutiam nõ mediocrem assumpserant:& absen tes comparata nece matris:plærosq; in odium patris impulsuros se arbitrabant. Regres si quoq; nec conspectus quidem paterni reuerentiam sedulitatemq; infuderant: crescebat cum ætate malicia. Accessit ẽt ex coniugii societate pręsumptio: q; alteri Salones

filia neptis Herodis:alteri Archelao genita:qui cappadocię regnum tenebat in ius co
pulę nuptialis cōuenerant:& nobilitas cōiunctionis odioꝝ dederat auctoritatē. ¶ Of-
fendebatur igitur Herodes:uel tacito filiorū ingenio excitatiore q̄ paterna pietas pati
posset:quę ēt uultu frequenter lædit̄. Addebātur & stimuli ab his qui ab insidiis filio
rum cauendū q̄li solliciti crebro denūciabant:asserentes q̄ ultrices materni exitii arma
rent manus:quibus perterritus antipatrū Herodes Dosidis filium p̄ferre fratribus:atq;
ad sui gratiam uberiore affectu cœpit lacessere:ardere maioribus odiis aula regia & cer
tamine fratrum concuti. dū illi indignantur q̄ priuatę mulieris filius sibi in regno ortis
p̄ferebatur:ille uersutus aulādi quo se inferiorem materno latere cernebat:eo studiosius
cōmendare sese patri:appetere germanos compositis ĩsimulationibus non quiescebat:
donec ipse per se ac p alios quos sibi adiūxerat excluderet ipsos ab affectu paterno. De
niq; regnandi his spem oēm ademit:ita ut publice condito testamēto solus imperii suc
cessor designaret̄:missusq; ad cæsarē romā præter insigne diadematis omni ornatu cul
tuq; regio fulciebat̄. Inde in ludęā regressus aucta erga se cęsaris plurimorūq; illustriū
uirorū gratia exiguī prope tpis interuallo tm̄ prævaluit:ut ēt matrē coniugio patris red
deret geminisq; armis adulandi arte & simulandi uersutia ita germanos urgere apud pa
trem cœpit:ut pater filiis necem pararet. Deniq; furens animi Romam petit attracto
secum Alexandro:quem reum magici aduersum se criminis ante cæsarem statuit. ¶ Ille
data sibi copia deplorandæ calamitatis erumnarumq; omnium cum uideret sibi sup-
petere tanti iudicis auctoritatē: qui nec ab Herode transduci per gratiā posset: nec ab
antipatro circūueniri nihil prętereundū ratus: flagitia patris quadā perstrinxit mode-
stia:ut nec urgere tanq̄ accusator uideret̄: nec occulta esse sineret:cū plurimū cām iuua
ret si se ob necis maternę dolorē paternis peti odiis demonstrauisset. In talibus. n. iudi-
ciis nihil magis liberos grauat:q̄ naturę pietas & pietatis auctoritas. Quę si aliquo tra
ducūtur flagitio p̄iudicium minuit̄: p̄rogatiua excluditur. Vbi uero ad obiecta patris uē
tū ualidis refelleus assertionibus alienū scelerís primo fratrē demonstrauit:qui suorum
esset censor periculoꝝ:quē innoxium in crimen uocari ĩgemiscebat:Astipulabat̄ puræ
cōscientiæ agendi ius & dicēdi peritia nihil sibi ac fratri relictū honoris:sublata oia per
scelus germani patrisq; facultatē. Amarissime deplorabat necē sibi irrogari: quā pater
eousq; expetat:ut crimen adiiciat:flagitiū adiungat. Quibus dictis coegit ĩ lachrymas
uniuersos:atq; eo sortem deduxit iudicii ut cæsari accusatio non ꝓbaretur:pater recōci-
liationem amplecteretur. Id gratum admodū & p̄cellentissimū romano principi non so
lum regi iclyto regnū donasse:sed ēt liberos reddidisse. Itaq; iusto defunctum examine
ut paterni iuris reuerētia inuiolata maneret:& tuta filiorū innocentia patri:ut decebat:
obtēperarent liberi. Ipse inoffensum naturę affectū exhiberet filiis cui uellet tm̄ regnum
relinqueret. Redit ex urbe roma cum patre Alexāder iudicio magis q̄ suspitione absolu
tus. Vacare enim mētē Herodis ab odio filioꝝ antipater nō patiebatur. Ipse enim erat
odiorū materia:premebat tm̄ studium suū cōtuitu recōciliationis:ne appetitæ germani-
tatis scænam ꝓderet:insidias manifestaret. Vbi uentū est in ciliciā & nauigantes in Eu
lesiam applicauerunt:suscepit eos archelaus optimo cōuiuio gratias agēs Antipatri ge
neris sua causa q̄ exemptum periculo reconciliatione etiam dignum æstimasset. Ipse ēt
litteris per suos directis amicos rogauerat ut generi defensionis adiumento forent:& di
scedenti obtulit. xxx. talēta hospitalitatis munere:ac zephyrū aduscq; regē perduxit. Re
gressus domū rex cōtinuo populū aduocat:apud quē hoc mō disseruit. Cap. 39.
¶ Modo cā mihi Hebræi ciues & utilis & fructuosa fuit Romā petendi:profecto ut de
filiis meis cæsar iudicaret:ne solus ego qui irascebar cognoscerē:perrexi ad cæsarem:ut

qui mihi regnum reddiderat:de successore meo pronunciaret. Adiecit beneficiis suis ut
quod difficile erat prope amissos filios patri tepręsentaret:fratrib9 quod supra regnum
est concordiam redderet. Redeo igitur ditior q̄ ꝓfectus sum:didici esse melior pater:qa
didicerunt filii mei esse meliores liberi cęsaris beneficio. Statuit. n. ut ex meo arbitrio pē
deret filioꝝ successio:ne p̄rogatiua successionis superbiā gigneret. Ipse mihi succe ssorē
darē quē elegissem:eū scilicet qui meruisset:eū qui patrē amplius honorauisset. Imita-
bor cęsarē:ille enim absoluendo iuniores filios meos seniori filio pares fecit. Ita q; simul
tres liberos hodie reges constituo. Illi ętas:istis nobilitas ad stipulaf: nec numerus mo
ueat magnitudo regni & pluribus abundat. Arbiter primo sniæ meæ deus: deinde etiā
uos accedite:quos cęsar coniunxit: cōstituit pater, illos honore congruo prosequimini:
ut neq; immoderatus neq; infirmus honor sit. Aliud inflat. aliud exasperat. Quod cuiq;
portionis suæ meritis suppetit impertiat̄. Nō. n. tm̄ qs delectat eum quē supra mensurā
honorat:q̄tū lædit eū cui debitū negat. Et plarūq; uterq; eoꝝ offenditur: ubi p̄lationes
adulatio est. Sū certe oibus pater. Honor filioꝝ haud dubie patris gratia est. Si tm̄ supra
modum qs liberos meos excolat reus est:mihi ēt pro liberis meis qbus auctor ꝓplasio
nis ē. Nimius. n. cultus audaciæ sumptus ē. Nūqd inuideo liberis meis? Absit:sed malo
eos minus cū gratia posse q̄ plurimū cū seditione. Quod. n. superbiæ uel rapinæ est cito
labitur. Quod gratiæ diu tenet̄. Vnde curæ erit mihi ut spōsores concordiæ adiungā libe
ris meis parentes amicosq;:quoꝝ hortatu mutuæ dilectionis affectū induant. Nā cum
oīs sermo malus facile mentē audiētis inficiat:tum maxime assidua colloquia & diutur
nus usus pestē aīs infundere soleāt:quæ cōtagio quodāmodo in mores cohabitātiū cito
transit:& si tranquillitas moꝝ sit:tm̄ ut stagnum mite licet uentis exagitantibus assurge
re mœstus ualet:ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaq; q; ĩ me
unusquisq; spem sui potissimā debet recōdere:non enim qd accedit liberis meis mihi de
perit. Pl9 unusquisq; tribunoꝝ uel militū reuereri debet patrē imperatoꝝ:: Ego sum ego
sum q mercedē uniuersis rependā:pro his ēt quę filiis meis detuleritis. Si recta aduertero
studia factis remunerabor:maliuolentia precium referet suum: ut apud cum quoq; quē
putauerit adulādū fructu excidat. ¶ Vos āt bōi filii cōsiderate primū naturę religionē:
cuius gratia & bestias ligat:quę ēt feras cogit in amorē necessitudinis: manet inter in
domitas pecudes mutuus amor: & periculis propriis redimūt suos beluæ. Reueremini
etiam Cęsarē:qui nos ex inimicis amicos fecerit. Tertio me ipsum q rogare malo cum
possim iubere:manete fratres:nolite exuere qd generati estis. Do uobis uestē: & cultū
imperialem:sed p̄cipuus est quod suadeo uestri amoris intemeratū signaculū. Si pietas
maneat:regnū delectat. Si desit gratia:uile imperiū est:& plerunq; noxium. Ergo dum
uos experiar habebitis interim nō regnū:sed regni honorē. Si patrem dilexeritis:ius se-
quetur. mei tm̄ amorē in uobis probate oibus quibus delectare regnū solet: ut principes
potiemini. Onera imperii:& moles negociorū me solū:& si nolim manebunt. Et ideo
uobis ꝓdest mea uelle:qa ego quę uestra sunt:& uolo:& mea arbitror. His dictis oscu-
latus est filios:ut eos uno osculo charitatis inuicē sibi necteret. Quo facto conuentū di
misit. Cap. 40. ¶ Discessere plęriq; lęti:qb9 placebat cōcordia germānitatis:sed cū
fribus reuertit dissensio:eoq; grauior quo dignitas potior:cui amplius iuideret̄:& nocē
di suppeteret maior potestas. Dolebāt filii mariānes ęquatū sibi priuatæ filiū mulieris:
quæ regni nesciret prosapiā. Contra Antipater distinctā sibi ac fratribus regni spem de
dignabatur:& inuidebat germanis qb9 posteriora pro primis uix reseruarent̄. Sed hic
sese tegebat:& uelabat odiū p̄tendens gratiā:illis consiliū oē in sermone obuium ēt nō
quærētib9. Promptior lingua:& secretoꝝ prodiga:quicqd locuti forēt apud Alexādrū

Universidad de Deusto Biblioteca

cōtinuo apud Antipatrū erat:multa ēt quę non dixerant simulabant. Plęraq; iternū eius cum incremento adiiciebat. Architectus omniū qbus appeterent fratres Antipater erat:cui⁹ uita nihil aliud erat:nisi quoddā uersutiaꝝ conciliabulū: scęna improbitatis: argumentū sceleꝝ:flagitiorū ministeriū. Subiiciebat iudices:subornabat testes:simulabat defensionē:quasi in theatro pſonam patris circūferēs: ut leuiora excuteret obiecta: grauioribus cederet:quo magis patrem falleret:& uehementius in fratres moueret:maximeq; acerbabat arte inuidiam paternæ necis patratæ:ut regnū eriperet:quia regibus metu periculi suspectior:sed ne sine repulsore min⁹ uerisimilia regi uiderent:ipse primo tentabat refellere:dein constringi se manifestis reꝝ indiciis uolebat uideri:ut perorata utrinq; cā:quasi nihil iudicio defuisset amplius:pater tanq̄ in conuictos filios excitaret: nulla.n.res maiorē fidē assertis dabat: q̄ q; Antipater fratrū defensor æstimabat. Hac fraude plurimoꝝ captabat gratiā:ipsius quoq; patris in se mentē inclinabat. Quicquid quotidie fratribus minuebat:de affectu paterno in ipsum transfundebat. Abducebat amicos regios:parētesq;:& pcipue fratrem regis germanū Ferorā:& Salomen eius soror ē alienos a nepotibus fecerat:ut non modo eos non defenderent:sed ēt appeterēt:atq; odissent. Accedebat odioꝝ materia uxor:Alexandri Glaphira: quæ muliebriter satis p̄ sentium insolens extollere sese oeceperat fastu superbo: eo q; oībus p̄mineret prosapiæ claritudine. Itaq; quasi dominā se oībus qui in aula erant regia p̄ferebat: patrē auumq; reges sibi:& pcipue Darium Hydaspem materni generis apicē solita iactare:contumeliisq; ignobilitatis afficere Salomen regis sororē:uel Dosidē coniugē:q; illis dolori: sibi odio foret. Cæteras quoq; fœminas similiter exasperare:quæ regi pp decorē magis:q̄ p pter nobilitatē generis copulabant. Plurimis enim Herodes pręter regiū morē: ēt Iudæoꝝ usu quasi quadā erroris licentia delectabatur:qui figuras maioꝝ uitiis suis obtentui ducunt. ¶ Grauabatur ergo Alexāder mulieris insolentia: Aristobolus quoq; hisdē quibus Glaphira sermonibus uxorē incessebat:deiecti illā status nec cōferēdā regiæ p̄ li:imparē Glaphiræ sibiq; esse opprobrio:q; frater regalis generis cōiugio potiret: ipse priuatæ uxoris cōtubernio degenerasset:demens qui cōturbaret cōuitio ꝓprias uecesli tudines. Quibus perstricta cōtumeliis uxor Aristoboli:ad matrē oia cum lachrymis p ferebat. Salome aūt cōperta per filiā regi Herodi annūciabat. at ille monere filios:q̄ p dere cōmodius ratus:uocatos partim imperatorie terruit:partim affectu paterno horta tus est:ut fratrē amarēt:neue ut hostes dissiderent:ueniā tribuens superioribus:denuncians correctionē futuris. at illi cōpositi sese insimulatiōibus peti pluribus deplorantes: orare simul & polliceri operibus ipsis in reliquū ꝓpriæ fidem defensioni daturos:tantū modo factū expectaret:nec temere auditis crederet:non enim defuturos delatores ipro bos:q̄ diu auditor credulus suppeditaret. His & talibus emollito patre: quis eo tpe imminentē depulerint metum: mœstitiā tñ coacerbarunt: q; urgeri sese a Ferora & Salome uidebant:quoꝝ alter patruus:altera soror patris:qbus defensioni esse debuerant: insidiabant. Accedebat enim formido grauis: q; plurimū poterant apud fratrē. Nā excepto diademate ꝓpe uniuersam regni potētiam cum fratre suo Herodes participauerat:nec mediocres utriq; cōtulerat opes:& maxime Feroræ. Deniq; his annua talenta centū re cōdebat:pręter eam regionē quę ultra Eufratē sita reddituū copias multiplicabat. Tetrarches quoq; petitu Herodis a Cęsare fuerat cōstitutus: donatus ēt regalis coniugis necessitudine:quia sorore regię cōiugis i cōnubii sui sortē asciuerat. Post cuius obitū desponsata sibi seniore regis filia:in gratia successerat generi: nisi amore captus ancillulæ regalis puellę copulā declinauisset. Qua exasperatus Herodes contumelia: ei filiā tradidit:q; postea Parthico bello occidit. Insimulatū tñ apud se Ferorā:q; uenenis appetis-

set fratris salutē. Qua suspitione ne uiuēte qdē carterat uxore plurimoꝝ primo: & ad postremū amicoꝝ eius quęstione exercita: uacuū eius cuius arguebat facinoris iuentū uolens absoluit:dans ēt fugę ueniā:q; rapta quā diligebat ancilla:dispositionis inītę:ut ad Parthos cōfugeret:familiariū suoꝝ cōfessionibus modū detegebat. Respirauerat aliquantulū Alexāder:dū Feroras incessit:& ipse incessit Salomē:q; spopōdisset nuptias suas Obedę Silleo:q erat regis Arabiæ ꝓcurator Herodi inimicissimus. Sed remisso utriq; crimine:tempestas domus in Alexandrū incubuit:atq; ipsum graui periculo iuo luit:furebat enim sæua pestis:& procella totius aulę Antipater. Oibusq; modis & concentu ēt propinquoꝝ ingrauans fratrem:ita ut turbato mentis sobrię statu: instare sibi alexandrū cum gladio pater magnis uocibus protestaret. ¶ Venerat in medium scęna hmōi:q; Eunuchos tres:quoꝝ unus pocula regi ministrare solitus foret:ali⁹ fercula cœnę inferre:tertius torū obseruare regium: nec usq̄ discedere:cū se Herodes lectulo cōpo suisset:donis uberioribus illexisset Alexander: ad sui gratiā:& turpis flagitii societatē. Quo prodito suppliciis adacti spadōes:obscęnę ludibria libidinis manifestarunt: promissa ēt amatoria tegere nequeuntes:quibus sermonibus sollicitati forēt: & qua stupri mercede retexuerunt:ut inuolutum dedecore parricidiū crederet: inesse sibi iuuentę gratiā:formę decorē:robur ętatis:contra inualidū Herodem:& iam senecta graueq; capillum inficeret:ne ętatē proderet:a quo cum uellet regnandi ius in se transsunderet:p̄mia q; polliceri ingentia:& ideo eos in iuuene spem suam constituere oportere:non in decrepito sene:cui ipsa natura finem acceleraret. Quę grauiter qdē Herodem mouebāt: sed illud prę cęteris q; conspirare ei militarem manum:ducesq; exercitus:& cēturiones spadonum indicio cōpertū haberet:deniq; ita exagitatus est: ut nullum sęuitię genus prętermittendū putaret:nulli crederet:oēs suspectos haberet. Velociores erant pœnę:q̄ interrogationes flagitioꝝ:& iudiciū p̄uenie bat reoꝝ exitus. Rapiebantur passim ad supplicium:quos aliqua incessebat suspitio. Feruebāt calūniæ:multi uolētes regi placere: deferebāt reos:sed illico etiā ipsi qui alios detulerāt deferebant:& cum reis suis ducebā tur ad locum pœnæ. Ita efferauerat Herodes in uniuersos:ut si aliquis superesset suspectus foret. Aliter rex non putans se esse securum nisi deficeret genus humanū. Insimulatis irreconciliabilis:amicis incredulus:familiaribus superbus:imitis reis:pauidus ad oia: ut crebro sedes mutaret:noctes sine somno duceret. Quis oibus exasperat⁹ repēte Alexandrū alligatū uinculis sepsit custodiis:& amicos eius in quęstiones uocauit. Qui negabant:inter supplicia moriebant. Rursus tacētes: quia nihil quod esset suspitionibus consentaneū confitebant:usq; ad mortē suprema exulcerati:tñ aliqui ui tormentoꝝ:& pœnaꝝ uicti acerbitate: ꝓpositū adolescētibus asserebant: ut uenationi intentū occiderent patrē:& ad urbē Romā sine mora pergerent:ut effugii pœna eluderet. Quod & si nullo argumēto fulciebat:tñ ad solatiū studii ferocis deriuabat pater:uolens uinculorū filii cās iustas habere. ¶ Considerans itaq; Alexander obseratas aures patris ad oēm sui defensionē:nec ullo modo rem posse deduci:ut de innocentia sua præsumeret: q rantis calumniaꝝ molibus appeteret:simili arte nequissimis delatoribus occurendum putauit:ut fraudulentos & calumnię machinatores dolis circūueniret:atq; in calumniam reos uocaret:quoꝝ se calumniis urgeri credidit. Scripsit igit quattuor libellos:qbus cōmentū sceleris quo paternā salutē appetierit confiteret:& insidiarū hmōi conscios plęrosq; eoꝝ a qbus ipse poscere expostulat:atq; hisdem inscripsit libris:p̄cipue Feroram & Salomen:q; ea quoq; intempesta nocte inrupto adolescentis in quo habitaret cubiculo:illexerit iuitum:& reluctanti extorserit:ut incestū patraret. Transmisit ad regē libellos:uelut iudices flagitioꝝ suoꝝ:quibus potētissimos quosq; iuoluerat regis cōites atq;

amicos. ¶ Eo tpe Archelaus in Iudeam properato aduenit: ut si quid posset genero ac filiæ opis auxiliq; ferret. Sed ꝑuidens infestissimũ apud patrẽ obstructos sibi aditus legitimæ defensiõis arte cõmotionẽ eius repressit. Nam simul ut aulã ingressus regiã est: magna uoce cũ iam audiretur: & uideretur ab Herode: uelut furens animi uociferari cœpit: uiuit ne adhuc ille uenificus gener meus: & carpit hanc lucẽ: ubi quæso est? Vbi parricidale illud repiã caput: ut manibus carpã meis. Parricidio perire debet: q parricidiũ uoluit implere. Quid facturus est socero qui nõ pepercit patri? Quis demonstrabit cũ? Euiscerabo primũ sceleſtũ: adiiciã filiam bono sponso: & si sceleris nõ fuit conscia: nõ est tñ aliena contagii: quę parricidæ cõiugio potiebatur. Nõ agnosco filiã meã: quæ artes nõ deprehendit mariti: quæ se nõ talẽ exhibuit socero nurũ: ut subiectũ filiũ patri redderet. Ego illã nõ ad sceleris ministeriũ iunxi: sed ad cõsortiũ matrimonii: ut cohęredẽ gratię ꝑstarent: nõ criminis adiutricẽ. Te miror Herodes si adhuc uiuit Alexander ille insidiator patris. Putabã iustas illũ iam pœnas dedisse: quẽ differri nõ oportebat. Quid. n. diutius seruat cõfessor animi parricidalis? Sed fortasse hoc quoq; diuinę fuerit ꝓuidentiæ: ut ambox parentũ iudicio cõdẽnaretur: qui in te lęsit utriusq; pietatẽ. Nõ me negabo ultorẽ: qui me ultionis exactę ꝑdicatorẽ parabã. Sed nec filiã excipio: quã infaustis nuptiis ipse despondi: te sponsorẽ secutus: nõ enim ego illã mariti moribus: sed fidei tuæ tradidi. Reddat cãs q; uadem suũ dissimulauit: maritũ suũ dilexit. De utroq; nũc uobis iudiciũ est: si firmus executor tanti doloris es: accingere pater: sequestra pietatẽ: non optandũ quidẽ officium patribus: sed nõ dissimulandũ. Si te pietas mollit: iflectit natura: mutemus uices: ut ego in tuo filio: tu i meo pignore ministerii mutui simus executores. Huiusmodi orationẽ circũfremẽs transduxit Herodẽ: atq; a furore animi paulatim itẽ tionẽ eius emolliuit: ut quasi cõpatienti: atq; unanimo sese crederet: & daret ei libellos legendos: quos Alexander cõposuerat. At ille singula quæq; aduertens: ubi intellexit magis dolore congesta: q̃ fide nixa: ꝓfundo consilio minuere paulatim inuidiam tentamenti parricidalis: atq; obiectorũ causas in eos qui descripti fuerant: & maxime in Feroram cœpit transfundere. Itaq; ubi aduertit regẽ a sua suã non abhorrere: cõsiderãdũ inquit ne forte adolescens magis tantox improbox insidiis appetitus apud te sit: q̃ tu ab adolescẽte. Quid enim cãæ erat ut tuã appeteret uitã cui regni honorẽ cõcesseras: regnandi ius reseruabas: & spem successionis? Quid expeteret quod hẽbat? aut qnẽ admodũ tantis muneribus ingratus foret? Quid tũ aliud ageret in tua nece nisi ut suũ affectaret periculũ? quod te uiuo metuere nõ posset: defuncto timeret? ab his utiq; a qbus ẽt sub patre positus ꝓprię salutis excidium phorreceret. Patet ista ætas fallaciæ: facile decipitur. & fraudulentox insidiis circũuenitur: uix resistit dolis ætas senilis: plerunq; tñ senũ prudentia circũscribentiũ uersutis insidiis irretitur. Ergo si maturior usus sape labefactat? est: quid mirũ si ętas imaturior adesse non potuit sibi? cum insidiantiũ cateruis ꝓpurgetur? Illos igitur ꝑturbatores regiæ domus esse: illos incitatores adolescẽtiũ: seminatores discordiarũ: qui in desperationẽ salutis deduxerunt adolescentẽ: ut stomacho magis indulserit: & ultioni potius q̃ absolutioni intẽdit. Quibus paulatim inflecti Herodes cœperat: & mollire indignationẽ circa Alexandrũ. At uero in Ferorã cõmoueri uehementius: q; illis quattuor libellis ipse omniũ flagitiox minister: & totius scænę architectus exponebatur. Qui uidens regẽ Archelao mentẽ iclinauisse suã: atq; in eum prę cęteris ꝓponderare gratiã iterioris amicitię: ad ipsum se cõtulit: obsecrans ut aium sibi regis cõciliatũ redderet. Verũ ille innexũ plurimis scelerũ uinculis qbus euidẽter regi parasse insidias cõuinceret: atq; appetisse adolescentẽ: nullũ habere ueniæ locũ aiebat: nisi deposita inficiãdi uersutia: quę obiecta sibi fuerant: cõfiteri germano sui amanti: atq; ab eodẽ

poscere sibi indulgentiã nõ dubitauisset: Huiusmodi sese actioni qbus posset studiis nõ defuturũ. Mutata itaq; ueste: suffusus lachrymis: specie miserabili fratris inhærens uestigiis: orare ueniã: improbitẽ fateri: oia de quibus argueretur nõ abnuere: sed recognoscere dementiã sibi cãm fuisse tantę ꝓlapsiõis: q; nimius in eo furor amore sibi dilectę mulieris exæstuasset. Statuto itaq; Ferora suorũ flagitiox accersitore pariter ac teste: tanq̃ ꝓ mercede cõpositi quod in usus suos caderet augumẽti: Herodẽ Archelaus deprecabatur: ut naturę cõtẽplatione mollíret iram: fratriq; ignoscereret: supra uindictã cõstituens ius naturæ. Nec mirum si i maximis regnis tanq̃ in magnis corporibus sæpe aliqua ꝑs ferueat: quæ nõ incidẽda: sed mollioribus sit curanda medicamentis. Sibi quoq; multo grauiores cõpositas a germano insidias: sed remisisse se necessitudini quod debebat dolori: ut quo magis pœnã leuaret ingrati: eo amplius cãm grauaret. ¶ Cũ hæc atq; hmõi alia subtexeret: mitigauit quidẽ Herodẽ: ut germano remitteret: sed ipse tanq̃ inexorabilis genero manebat. Deniq; minitabatur: q; diuelleret ab eo filiam: tantisq; infremebat indignationis suæ motibus: ut ipse Herodes satis expiatũ filii aduersum se facinus arbitraret: ultorẽq; suax iniuriax rogaret: atq; ipe ꝓ reo suo apud socerũ iterueniret: quo de integro renouaret nuptias. Perseuerabat Archelaus cui uellet Herodes alii nurum suã iungeret: ꝑter Alexandrũ: cuius cã ẽt uxor traduceretur: atq; ea arte multo amplius ipellebat Herodẽ: ut ille sibi filiũ redditũ putaret: si cõiugiũ eius nõ solueret. Quod ille uxorẽ impense diligeret: ex qua etiã filios suscepisset: dulces auo: gratos parẽtibus: hoc munus restituti sibi filii fore: qa nõ mediocri ex parte bona uxor uiri sui reprimeret errores: aut cõpensaret officiis inuidiam flagitiox. Quæ si ab eo diuelleret: nullum remediũ uiro futurũ quin ꝑceps in omne rueret nefas. Molliores enim fieri solere scelerũ ꝑsuꝝptiones: quę domesticis affectibus reuocarentur. Vix tandẽ Archelaus inflexus recõciliatur ipse genero: atq; eidẽ recõcíliat patrẽ. Hoc cõsilio eripuit genex neci: ut pro mercede acciperet eius absolutionẽ: dum cõdẽnare se potius simulat: q̃ interuenire. Pro quo si intercedendũ putasset: haud dubie nihil impetrauisset. Addidit ẽt oportere eũ Romã pergere: purgatũ ab his quæ in eo pater suspectauerat: quoniã oia ipse scripsit Cæsari. Quod æque cõpositum reor: ut hoc genere Alexander cũ se purgasset: Cæsari cõmendaretur: atq; Antipatri paratæ fratribus insidię patescerent. Cap. xli. ¶ Hoc cõsilio soluta factio & conuersio facta in lętitiã: instauratẽ conuiuiũ mite indiciũ recõciliationis: cuius auctori Archelao septuagita talenta: & sedile aureũ gẽmis insignitũ: electi quoq; eunuchi regali cõferuntur magnificẽtia: & cõcubina (cui Pãnuchis nomẽ erat) dono datẽ atq; accipitẽ. Similiter & ꝓpinqui monitu regis clarissimis donis Archelaũ munerabantur: nec quisq̃ familiariũ eius exors muneris fuit: quibus omnibus Herodes pro uniuscuiusq; meritis plurima impertiebat. Prosecutus est ẽt cũ potentibus suis usq; ad urbẽ Syriæ splendidissimã Antiochiã noie in regnũ suũ regredientẽ. Euaserat alexander nisi se imersisset in Iudeã uir archelai artibus longe exercitatior: Lacon genere: Euricles noie: nimis cupidus opũ: ęrariiq; ꝓnegocio contẽptor: ubi maiora potiundi spes refulgebat. Deniq; nõ contentus Laconicis facultatibus: in effusiones regias aium intenderat: uerandiq; artifex Herodẽ opimis adortus muneribus: remunerationi amplissimę locũ parauit. Lõgeq; uberiora q̃ obtulerat adeptus: tñ non satiabat nisi cruentis atq; ipiis factionibus gratiã sibi regis emercaret. Itaq; more quodã usuq; Græcis familiari regẽ adulãdo ꝑdicandisq; oibus: eius nõ solũ quę laudis aliena: sed ẽt inuoluta uitiis forent: in intimã eius amicitiam breui puenit: ut inter primos secretox arbitros eligeret: astipulante ẽt patrię ꝓgatiua: q; Spartiatas Iudaí cognato sibi genere copulatos pro fratribus habent. ¶ Is Vbi regiæ domus uitia cognouit: suspectũ aium patris: fratrũq; inter se odia:

nouis artibus carũ se oibus simulans: quasi fidus singulis habebat: sed pro ingenio regis aut munerũ merito sua studia formabat: ut adiunctior esset archelao: alexandrũ do lis atq; insidiis circũueniret: familiari specie utrunq; exasperans: illum prærogatiua ęta tis regno debitũ: istum materni generis prędituũ nobilitate iure superiorẽ: neq; cũ utiliori mę corruptelę pigmore ęquale illi consortiũ. Quibus captus Alexãder: utpote adolescẽtior qui delectaretur his q̃ dicerẽtur sibi nõ perpẽderet illa quę rursus de se apud Archelaũ cõponerentur: effudit sese mercenario Archelai & ꝓditori suo: aperuitq; mentẽ lubrico ingenio: affectuq; incauto: patrẽ sibi auctorẽ malorũ cõquerẽs qui matrẽ eripuerit: regnũ decolorauerit: q; sibi ab auo: ueteriq; ꝓsapiæ insulis debitũ cupiat auertere: fraudari legitimos iure successiõis pferri spuriũ stupri mercede: sed nõ quietura iudicia dei: ut q uxorẽ innocentẽ necauerat: nõ etiã ipse ꝓpere parato per coniugẽ imperio defraudaretur. Quę sine mora Lacon ad Archelaũ deferebat: circũuento ẽt Aristobolo: ut eiusdẽ querimonię laqueis inectereť: & pcio coaceruata regi insinuabat: dicens silẽtio se premere ne quiuisse tam imane facinus: & ꝓ hospitii munere gratiã se lucis repsentare: quã ereptũ ire filii pergerent: quos nisi ipse simulatione cõsilii fidelioris reuocauisset: & iãdudũ Alexandri gladio interfectũ patrẽ: regnũq; idignis hęredibus uacue factũq; Alexãdro religioni esse parricidalem atrocitatẽ: qui maximi sceleris loco duceret q; adhuc aui matriss q; necẽ inultam haberet. Conueniri se ac perurgeri perẽptoꝝ querelis: ut tam atrox flagitium ulciscereť. Deberi sibi iferias interfectoꝝ exigi: successionem eorum non oportere cõtaminari: ut ab eo qui maiores eorum occiderat: regnum adipiscereť: renouatu rũ se iudicia Cęsaris nõ simili ut ante reuerentia: sed ut Cęsar ipse cognosceret omnia secreta regis: quęsitas sanguine opes: prouinciam labefactatam: repetiturum se ab inferis auum: matrisq; acerbissimam necem demonstraturum: ut successor alienus in regnum regium subrogaretur. ¶ Excitauerat regem Euricles: Archelaus tamen parui ęstimans unius suggestionem: alios quoq; accusatores fratribus subornabat: qui dicerẽt cum dubios quondã equestris exercitus Iocundo & Tyrãno sermonem initum compositas regi insidias dolore decessiõis: in ceruicibus periculũ: nisi mature caueret. Deniq; nõ distulit Herodes: illicoq; raptos seuere interrogat: sed nihil illi de qbus arguebanť confessi reperiunť. Et quia ipune tã grauia simulabanť apud eum qui criminũ se uindicẽ profiteretť: & negligentẽ calumniaꝝ nõ deerãt qui hmõi insidias machinarenť: quas acceptiores fore patri crederent. Nã & epistola prolata est quasi ad castelli ppositũ ab Alexandro: & Aristobolo data: ut occiso rege confugiendi sibi potestatẽ faceret: donec se armis aduersum se insectantes munirent: cęteriq; subsidiis defensionẽ pararent. Excruciať castelli ppositus: & nihil fateť. Nihilominus tñ haud ullis affectati sceleris indiciis extantibus: quasi rei Alexander: & Aristobolus danť custodię. Eurícles qnquaginta donatus talẽtis auctor salutis ac uitę habeť. Dignũ ẽ nec eũ silere q Euricli tpe i Iudaęm trasmisserat fidissimus amicoꝝ Alexandri: quẽ rex quasi consciũ tentamentoꝝ eius interrogandũ putauit: utrũ nã uero congruerẽt quæ Spartiates de adolescentibus intimauisset. Verũ ille nihil se de illis qcq̃ eiusmodi cognouisse sacramento interposito fidẽ fecit: sed adolescentibus nihil ꝓfuit. A se quęstionẽ depulit: ne minueret delationis inuidiã: & euacuaret Euricli fraudulentiã: si seuerus interrogatus negaret. Quasi indignus igitur cui crederetť ab Herode excludiť. Bonus enim pater accusari filios libenter audiebat: nõ sinebat defendi. Delectabať cum appeterentť: offendebať si purgarentť. Deniq; Spartiates dimissus regalibus præmiis: ubi tñ Achaiam attigit: calũniarũ preciũ luit. ¶ Salome cum purgare sese neqret q; Sileo Arabi pepigisset nuptias: ubi genen secretũ prodidit: monẽtis ut consuleret sibi quo fratris cõmotionẽ euaderet: eo q; spe futuræ cõiunctionis consilia regis Arabis annũciare suspecta arcesseretur: delicti grãm meruit: & oẽm sęuitiæ regalis in adolescẽtes ꝓcellã intorsit: quo ultimo atq; ineuitabili naufragio demersi pœnas dederũt. Vinciunť itaq;: & qđ illis erat durius uinculis: a se fratres leperanť: missiq; Volũnio militiæ magistro: atq; Olympio ex amicis regis uiro arguuntť apud Cæsarẽ. at ille offensus: licet qa filioꝝ supplicia pater poscereť: negandũ tñ patri nõ arbitratus potestatẽ in liberos suos dedit licentia: sed consiliũ adiunxit: asserens melius consulturuꝝ: si ꝓximoꝝ reges: eorũq; qui præessent ꝓuinciis conciliũ congregarer: & iudicio cõi pro cederet interrogatio: utrũ nã aliquę patri insidię paratæ a filiis forent. Et si cõuincerẽtur intentati parricidii ferirentur. Si uero fugę aut leuioꝝ arguerẽtur: esset uindicta moderatior. Hac permissa sibi Herodes parricidii potestate: & iudicii conditione: & iã moderationis ãmonitus: ad urbẽ illico Beriton ꝓperat: quã iudicio celebrando Cæsar pscripserat. Cõueniunt præsules ꝓuinciarũ secundũ scripta ad se data a principe Romano Cæsare: Saturninus legatiq; cõsidunt: inter quos & ꝓcurator Volumnius. Deinde cognati amiciq; regis. Salome ẽt & Ferora: & Syriæ primores. Archelaꝰ solus excipiť rex Cappadociæ suspectæ in genem arcessitus gratię cũ accusatores adolescentiũ insidiatoresq; iudicio repsentarent. Sed quæ iudicii species ubi rei adesse sibi nõ permittebanť: & absentes accusabanť? Aduertebat.n. Herodes: qm̃ si tm̃modo uiderenť absoluerentť: pro na hoium conditione ad misericordiã: maxime ubi naturalis esset gratię progatiua. Deinde si ulla copia defensionis Alexandro permitteretur: q; obiecta facile dissolueret.

¶ Itaq; relegatis illis in uicũ Sidonioꝝ quasi in pntes accusatio dirigebať. Obiicebãtur a patre insidiæ sibi paratę: nulla ꝓbatio deferebatur: nulla indicia tentamentoꝝ: hæbebat accusator quẽ nullus redarguebat. Destitutus undiq; congregabat i iudiciũ centumeliaꝝ: iniuriaꝝ genera quę grauiora morte ab his q considerant ęstimarentť. Sed nemo discutiebat: nemo examinare audebat: qđ a patre arguebatur: a rege imperabatur. Prędiudicabat pietatis species: terrebat ius potestatis: interrogabat sententias securus uictoriæ: nescius q; in eiusmodi iudicio crũnosior esset qui uinceret: q̃ illi q tam acerbe addicerẽtur. Saturninus condẽnat adolescentes: qa aliud nõ licebat. Sed moderatur sententiam: cauendũ asserens ne perẽptis duobus ex tribus fratribus: tertio fratri ascriberetur mors duoꝝ. Timide qdem: sed cãm locutus est q; ille esset fratribus auctor periculi. Secuti sunt eũ pauci ex pluribus. Volũnius aũt murmurat: & post eũ oẽs uiolentiã regis tali auctore pensantes mortis suam: diuerso qdem affectu: sed pari sorte expromunt: quibus hoc aut adulatio extorserat: aut odiũ infuderat: ut aut regis affectaretur gratia: aut parricidæ crudelitatis grauiore pœna afficeretur: q; in uictoria sua tam amarũ de se triũphum reportauisset. Nemo tñ quasi factũ horruit: & quasi cõmotus pronunciauit. Scænæ etenim species erat: nõ iudicii disciplina condẽnare absentes: condẽnare sine teste: sine indice: solo naturæ priuilegio: qđ ad salutẽ magis q̃ ad piculũ deriuari solerat. Stupebat oĩs Syria atq; oĩs iudæa: & attonitis mentibus tantę tragœdie finis expectabatur. Quãuis enim nota esset hęrodis crudelitas: nemo tñ credere poterat q; usq; ad parricidiũ pleueraret. At in illo effera uis animi nec mari: nec terra cohibebať. Itaq; tanq̃ ꝰsu triũphantiũ: ut per diuersa filios traheret: Tyrũ urbẽ inclytã petit: inde in Cæsareã transmittit nauigio spectaculũ miserũ parricidii circũferens: donec color ullus acerbissimæ necis filiis inueniretur. Mouebatur oĩs exercitus: sed metu indignationẽ premebant. ¶ Erat in exercitu regio ueteris militiæ uir Tyro noie: filiũ habens coniunctũ Alexandro: indulgentissimus pater: atq; ob ea pignori charus: qm̃ popularis quędã pietatis est gratia: & maximæ in suos lex dilectionis. Circa adolescentes quoq; filios regis studio ꝓpensior: q; ab his suus filius diligereť. Qui supra modũ concepta indignatione: turbatus animi uo

ciferari cœpit:opprimi iustitiã:ueritatẽ excludi:aboleri religionẽ:cõfundi iura necessitu
dinũ:naturæ gratia supfluere iniquitates. Ad postremũ in os ipsius regis progrediẽs in
gerebat miseꝛ eẽ illum:q aduersum filios suos credẽdũ improbissimis arbitraret:Fero
rã & Salomen cõsilii arbitros legi. Quã fidẽ ab his referri posse: q se condẽnatos capi
tis a rege frequẽtissime recognoscebant:aut qd eos aliud agere:nisi consulere uindictę:
ut destitutus idoneis successoribus ad unum inclinaret cęteris ifirmiorẽ. Qui facile sub
duceretur q ipse regius exercitus odio persecuturus esset cum: cui mors soluta esset fra
trum duoꝝ. Neminem esse quẽ non innoxię ętatis tãgeret misericordia. Plęroscꝫ autẽ
ducũ indignationẽ suã non iã p̃mere sed diuulgare. Quorum uocabula locutus: finem
dicẽdi fecit. Quibus illico cũ Tyrone correptis Tryson ex ministeriis aulę regię cui ton
dendi ars ęque suppeditaret:sub quadã animi uanitate indiciũ sui facit:compositũ a Ty
rone afferẽs:sibiq; pluasum:ut cũ ex more barbã Herodi raderet:nouacula gutturi eius
imprimeret:quo pageret necẽ:idq; ei maximo emolumẽto fore:qd de muneribus alexã
dri pollicerẽt. Sistit Tyro cũ filio:exercẽt deinde simul quæstio. Negantibus illis:isto
nihil amplius deferẽte cũ deesset manifesta rerũ fides:nullũ suppeteret argumentũ:nul
lum indiciũ documentoꝝ:Tyro iubet uehemẽtioribus tormentis excruciari. Tunc mi
seratus filius supplicia patris:spondet aperturũ se oia:si patris salus sibi condonaret. at
q; a rege ꝓmissa uenia, suggerit: q impulsus ab alexandro pater necẽ regi parasset. Id
plęriq; ad tempus cõpositum rati ut tali pignoris indicio tyroni consuleret:alii pro uero
editũ loquebant. Sed Herodes dubia pro certis adiudicauit:tanq̃ metuens ne parricidii
sibi facultas periret. Conuocato itaq; populo:& cõgregatis ducibus:de insidiis dephen
sis motu gratissimo promit querelã: atq; in mortẽ eorum plæbem excitat. Ibiq; Tyro
cum filio pariter atq; tonsore: saxis ac fustibus interficiuntur. Cap. xlii. ¶Ale
xander quoq;:& Aristobolus missi ad urbem Sebastem quæ non longe aberat ab urbe
leis repletos in eū dimitti locū ꝑcepit:in quē aries a romanis intorquebat: ut laxo sacco rū sinu lusa plaga ois arietis emolliret. Illisa enim solidis solida nocent:solutioribus cuacuant. Deniq; facilius solidiora mollioribus cedunt:q̄ molliora solidioribus. Nam & aquæ alluuione scopuli soluunt:nec ruina rupis ullū est damnū aquaꝝ:& iactis in freta molibus aqua suos usus reseruat. sed petra inter undas seruare suos nescit. Harenā quoq; marmoris ruina nō frangit:& marmor arenę ruina cōminuit. Retulerunt tn̄ et romani quo cōmenta refellerent iudęoꝝ:contis falces ligantes qbus dimissos inciderent saccos quo uacuati paleis euitare arietis ictum nequirent. Reparato itaq; impulsu machinę cum se iudæi urgeri uiderent:unus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis saxū eleuans de muro super arietē elisit tanta ui:ut cōminueret caput machinamenti. Exiliens quoq; in mediū hostiū rapuit illud:atq; in muꝝ ferebat intrepidus in conspectu aduersarioꝝ & patens uulneri. Deniq; iaculis qnq; figit: sed nequaq̄ cōuersus ad uulnera qūo ipse saxi ruina hostē inuolueret intendebat. Ascendit itaq; muꝝ & uictor doloris stetit conspicuus tantę ꝑsumptionis ac sup arietē se saxūq; deiecit:& cū eo corruit. Victus quidem morte sed uictor machinamenti cū in se solus decesserit patriæ in machinamēti aūt cōminutione totā urbem ab excidio seruauerit. Netyras quoq; & Philippus in mediū se iecere agmen: ut auerterent quos petierant. Iosephus autē iguibus iactis ut machinamenta oia exureret:breui consumpsit plurima:sed cōsumpta reparabant. Cap. xii. ¶Instabat Vespasianus:urgebat ita ut in talo feriet iaculo sagittę. Turbati sunt romani cū sanguinē ducis fluere cernerent. Exagitatus filius cucurrit ad partē. Sed ille supra uim uulneris uirtutē gerens animi:prohibet trepidare filiū: magisq; in prœliū accendit milites:ut iniuriā ducis ulciscerent. Ipse signifer reuocabat exercitū & ad muros cogebat. Ipse in bellū cæteros adhortabat. alii sagittis:alii telis:alii balistis hostē urgebant. Tanta aūt erat huius torměti uis quo saxa in hostē iaciebātur:ut pcussus unus ex sociis Iosephi q ꝓpter adstaret cōminuto capite rueret:& occipitiū eius usq; ad tertiū stadiū excuteretur. mulier quoq; aluo grauis pcussa utero supra dimidiū stadii de intima sede secreti genitalis excuteret infantē:ad postremū tn̄ uictoria muros romanus miles succederet:& in ipso aditu utrinq; ualida manu decertaretur:sicut erāt conferti oleo feruenti Iosephus ꝓfundi romanos iubet: q; facile a uertice ad ima defluebat uestigia. Nec minor incendio flāmæ cādentis olei feruor oēs artus depascebatur. Succedebant tn̄ alii. Plęrisq; ēt sudor ꝓfluus olei uim refrigerabat. Et q̄uis huiusmodi olei natura sit: ut cito calescat:& serius conceptū deponat calorē: tn̄ uictoriæ studio abscondebant iniuriā. Ardebant ais ut nullū corporis sentirent incendiū:nec tanti ęstimabant pœnę feruentis dolorem:quanti dispendiū glorię: si tanq̄ exortes triūphorū desisterent bello qui duces fuerant periculoꝝ. Vel sanguine itaq; suo restinguere incendiū olei certabāt. Cap xiii. ¶Hac mora obsidionis ēt Iaphę urbis quę uicina erat populus insoleuerat:q; tam diu cernebatur. Vnde motus Vespasianus Traianū qui prę erat ordini quinto decimo doctoris officio direxit:cū mille eqtibus & duobus millibus uiroꝝ milītiæ pedestris. Qui sine retractatione ꝓfectus: uir acer & bellandi artibus ꝑditus conuenientē studiis suis euentū belli reperit. Nam cū esset ciuitas & natura loci septa & gemino muro circūuallata:nō contentus tegere se populus eius munitionibus occurrendū rōanis putauit: Sed paulisp resistere ausi muro exteriore recipe sese uolētes:hostē pariter recepere: Nā cū ipsis festinantibus ēt romani subintrauerūt:cōfugientibus quoq; ad muꝝ interiorē clausę portæ:ne rursus romani piter irrūperent. Ita auerso a se dei auxilio iudęi pliabant: quo anteuincere solebant: sed offenderāt scelestis flagitiis & ideo ab his pœna debita reposcebatur:ut donarētur eoꝝ supplicia nationibus. Deniq; plures prope suis inter se bellis

q̄ ab hostibus obtenebant. Exemplo est Iaphę populus q romanis portas aperuit: & sibi clausit. Nam ut primū murū romani irrūperent: ipsi patefecerūt: ut secundū murū iudęi nō penetrarent: iudęi clauserūt. Receptus itaq; hostis est socius exclusus. Receptus ille ne percussor deesset: exclusus iste ne peritus euaderet. intra duos itaq; muros cędebant iudæi: manu comiuus: de muro eminus. Pleriq; enim romanę militię uiri constricti angustiis murū ascendebāt: atq; inde in subiectos tela iaculabant. Itaq; galilęi suis q̄ hostibus infestioribus: rogabant ut interiori muri uestibulo reciperent: sed resistebant sui. Dimicabat in portæ limine iudæis inter se pugnantibus. Isti irruentē cuneū gladiis excipiebant: illi resistētes moriebant. Sęua iprecantes sibi inuicē: & minora se meritis suis ppeti supmis uocibus attestabātur. Itaq; extincta sunt duo millia uiroꝝ oium p̄liatorū. Ratus quoq; Traianus uel nullū iam sibi repugnaturū: uel facilē urbis expugnationē ueteris uir disciplinę summā uictoriā Traianus Vespasiano reseruauit: misitq; ad eū postulans: ut filiū suū dirigeret Titū: q finē p̄lio daret. Quo aduentante facta irruptio: cęsi q; multi mortales: nec sine labore ac periculo uictoria cessit romanis. Quibus ingressis murū interiorē obiecerant se qcūq; erant bello idonei & in angustiis positi: anceps bellū uictoribus effecere pugnantibus desup uirili ac muliebri se sexu: ac sæpe ēt in suos saxa: atq; oia quæ forte reppererant telorū genera iaculantibus. Deniq; sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatū. Ad postremū cęsis q constiterāt pugnaturi tū in cęteros sine ordine: sine mō: sine misericordia: Senes cū adolescentibus iugulabant: mulieres cū parvulis reseruata: nō aduenā sed ad seruitutē. masculi oēs interfecti: nisi quos pueritia aut infantia defendit: in p̄dā ducta sunt duo millia. cxxx. mācipia. dñi cū seruulis. ęqua iam sorte conditionis: quos captiuitas pares fecerat. Cap. xiiii. ¶Nec Samaritæ immunes miseriarū fuere. Nam cū secundū consuetudinē suā montē Garizim q erat illis sanctus ascendissent: ubi adorare solebant: unde & in euāgelio dicit samaritana. Patres nostri adorauerūt in hoc monte. Et responsum est ei: ueniet hora qñ neq; in hoc monte neq; Hierosolymis adorabitis patrē. Debebat. n. ut cessaret superstitio: & uera religio succederet: euacuaretur umbra: ueniret ueritas. Vtinā nō in monte sicut samaritani: nō in Hierosolymis ter in anno: sicut iudęi: sed in spiritu in omni loco eleuans puras manus homo omnis adoraret deū: & in noie Iesu genu flecteret. Cūigit ut supradiximus in mō te collecti secundū suos ritus manerent: belli aūt minas p̄tenderet ipsa congregationis species: uel sensus eorū qui nec malis finitimis resipiscebant. Multo aūt amplius prosuperioribus romanoꝝ succesſibus per inuidiā cōmouerent: ac prope tumultū res essent: consultius ęstimatū est eos p̄ueniri: ne in maiorē pestē erūperet. Vocatoq; p̄fecto ordinis quinti cū tribus millibus utriusq; militię uiris eū Vespasianus direxit. At ille ascendere montē primo exordio piculosum ratus, erat enim simul iuncta terrori multitudo populi, & p̄ruptū naturę circūdedit exercitu mōtis cōfinia: & toto die deferri fecit custodiā ne qs aquatū descenderet. ¶Cū igitur tantā hoium multitudinē uexaret sitis: quæ magis ac magis ęstu exardescebat: & plęriq; seruituti se uel ēt neci mallēt offerre: ne uel fame uel siti perirent: Cerealis. (hoc. n. nomē p̄fecto) ex descendentibus uniuersos esse de fatigatos ęstimās cinxit montē: ac more militari pollicens salutē: si arma deponerent: recusanteſq; iussit feriri. Itaq; extincta sunt illic millia. xi. fexcenti uiri: Iotapatē quoq; quadragesimo & octauo die facta irruptione primo diluculo: cū adhuc multo superioris diei fessi labore reqescerent, primus oium Titus cū Sabino ingressus cęteris uiā p̄buit. Compræhensisq; supioribus locis in angustiis plateaꝝ passim: & ignari adhuc factæ irruptionis feriebātur. Alii in suis stratis: alii expergefacti: alii uigilantes: sed inedia ac somno soluti pœnas dabant. Adhuc tñ totā urbē uis latebat maloꝝ. Sed ubi exercitus ingressus

militari infremuit ululatu: ad solū fere subeūdę mortis affectū insurrexerūt. Et siq superiora petere tentauerant repulsi cędebant. Et qbus ulciscendi uis suppetere poterat: ipsa coarctatio uindictā ademerat. Et siq resistere parabāt: irruentibus supra se aliis bello abscondebant. Alii multo fessi certamine dimissis manibus sese offerebant uulneri: ut uel morte tam feralibus maloꝝ suoꝝ spectaculis eriperent. Hac deceptus securitate pereū tiū Centurio Antonius rogatus a quodā qui in spelea cōfugerat: ut ei dextrā daret: obsidē uenię & salutis sequestrā porrexit illico: doli negligēs & ue miser nimiū securus triūphi: sed ille incautū spiculo ferit: & statim transfigit: ne impleta esset incruēta romanis uictoria. Illo die interfecti oēs qcūq; inuenti. sequentibus aūt diebus ēt de Hypogęis & cęteris defossis specubus p̄ducebant uel ibidē extinguebātur: exceptis paruulis ac mulieribus. Cęsa p oēs dies. xl. millia q numero cōpræhensa sunt i captiuitatē deducti. M. cc. euersa & igni exusta est ciuitas: & castella eius oia āno iperii Neronis. xiii. Iosephus interea inter fauillas urbis in quodā lacu delitescebat haud insciꝰ q̄ quasi dux aduersi agminis studiosius reqreret. Egressus die secūdo ubi septa aduertit oia reuertit in lacū. Tertio die mulier quędā reperta cognitas sibi Iosephi latebras quærētibus demōstrauit sed in lacu pariter. xl. duo uiri: q eo confugerāt: sese tegebant. Qui ubi aduertebāt Iosephū primo per Paulinū & Gallicanū a Vespasiano ad spē salutis uocari: Postea p Nicanorē qui Iosepho ueteris amicitię gr̄a copulabatur: & ideo missus ut dextrā daret: promptius officiū mādati muneris exequebatur: circūfusi Iosephū talibus adoriebātur sermonibus. Cap. xv. ¶Nūc maior iudęi nois tueatur ruina nūc fauilla tetrior quę sepeliat & abscōdat splēdidissimæ disciplinā, p̄fapiæ atq; cē decus subruat: qñ Iosephus ad triūphū captiuus reseruari iubetur. Quid sibi uolūt tā sedula subito inuitaměta hostiū? Quid dōa salutis spōtanea? Rogātibus uitā aliis nō ppecerūt: Iosephus accersitur: Iosephus rogatur ut uiuat. Metuūt uidelicet ne pompā amittāt triūphi: ne desit quē spectet roma captiuū: quē catenatū Vespasianus ante currū suū dirigat. Ad hęc igitur ludibria uis reseruari. Et unde triūphabūt: si dux eorū defuerit de qbus triūphatur? Aut qui triūphus si amicitia datur uictis? Ne credas Iosęphe: uita tibi p̄mittitur: sed parātur grauiora morte. Vicerūt te romana arma: nō capiat fraudulentia. Atrociora sunt dona eoꝝ q̄ uulnera. Illa captiuitatē minātur. Hæc libertatē reseruāt. Inflecteris Iosæphe: & animi quadā fractus mollicia uis esse patrię supstes? Vbi est doctrina Moysi: qui se de libro cœlesti deleri petebat: ne plębi domini supuiueret? Vbi est Aron qui inter uiuos ac mortuos medius stetit: ne mors uiuentē populū seeuo contagio depasceretur. Vbi est regis Saulis & Ionathę deuotus p̄ię aīus & mors illa pro ciuibus suscepta: & fortiter glorioseq; expetita? filius patrē exēplo inuitauit. pater filiū mortis p̄posito nō dereliqt. Qui cū posset uiuere maluit se interfici q̄ ab hoste triūphari. Hortabatur armigerū suū dicens. Percute me ne ueniant incircūcisi isti: & pcutiant me & illudant me qa armiger timuit ipse se gladio trāsuerberauit. Dignus quē Dauid spiritu p̄phetico uindicaret. qa se genere amalechita de eius morte falso iactauerat. & gloriā uiri qui se ipso hosti exemerat imminuendā putauit: ut a se interfectū mentiret. Dignus ēt quē tantus laudaret p̄pheta dicēs. Saul & ionatha spectabiles & carissimi iseparabiles in uita sua: & i morte nō sunt separati. Super aqlas leuiores. super leones potētiores. ipse quoq; Dauid cū populū pcuti ab angelo uideret: in se uoluit cœlestē deriuari uindictā ne peūte populo reseruaret. Postremo ubi lex diuina cuius iterpres semp fuisti: quę p hac breui uita perpetuā iustis p̄misit imortalitatē? Vbi deus Hebræorū: qui docet iustos mortis contemptū habere. Refugere ēt debere terrenū habitaculū anhelare ad supna ad illā regionē paradisi ubi deus pias animas cōsecrauit. Nunc demū cupis Iosephe uiuere qñ nō oportet imo nec licet: imo

quod maius est:nō decet:& carpere desideras lumē istud(ausim dicere)seruitutis quod in aliena potestate:ut id qñ iusserit:romanus eripiat:qñ uelit carceris tenebris obducat: ut optes hinc fugere nec liceat mori:& quo pudore ad eos ibis qbus psuasisti pro patria mori? Quā excusationē habebis q̄ tā diu resederis.Expectant qd agas:dicēt iam profecto.Quid morat Iosephus qui p̄uenire debuit?cur tam sero segtur.Cur discipulos suos qbus pro libertate moriēdū suasit:imitari recusat? Perseremus certe nos q̄ seruire elegeris assertor libertatis:q̄ mancipiū te romanis addixeris: q̄ captiuitatē libertati p̄polueris.Sed esto uelis uiuere.qūo hoc ipetrabis ab his aduersū quos totiens p̄liatus es? Qūo te intuebūtur:qbus oculis: qbus animis? Qūo iratis dñis & si liceat uiuere uoles? Aut quis ꝓditorē patrię nō credet fuisse:cui mercedē saluā proditionis uidebit? Vtrū malis elige:hoꝝ alterū sit necesse est. Vita tua aut præmiū proditionis erit aut seruitutis supplicīū.His dictis intentarūt gladios addentes . Si acquiescis mori:quasi amici ministeriū p̄bemus . Si recusas quasi proditi ultionē exigimus. Cap. xvii. ¶Ad hęc Iosephus refert.Et quis uelit esse tantę morti supstes? Quis eligat fieri hęres doloris? Quis animā suā nolit ex ipso corpore mortis si liceat absolui? Si nō licet soluere: nisi ei q̄ ligauerit.Naturæ uinculo cōiūcta est aīa corpi? Quis auctor naturę nisi op̄s de⁹? Quis hoc aīæ & corpis nr̄i deo placitū cōtuberniū iterrūpere ac dissociare audeat? Si qs impositā manibus suis p̄cepto herili uincula sine arbitrio dñi sui detrahat:nōne is grauī pulsasse iuria suū dominū condemnabitur? Dei possessio sumus:deo seruitiū debemus: quasi seruī expectemus iperia:q̄si uincti reseruemus uincula:q̄si fideles bonū depositū custodiamus.Nō recusemus uitę istius munus qd dedit nobis:nō refugiamus donū cœleste. Si hoīs data reiicias:contumelios⁹ es:quāto magis seruare debemus:qd a deo nr̄o accipimus? Ab ipso itaq; accepimus:q̄ sumus:ipsius quoq; debet eē ut q̄diu uelit sim⁹. Vtrū q̄ enim ingratū est & citius discedere q̄ uelit:& diutius uiuere q̄ uoluerit ipse qui uitā donauit.Nunqd ante festiuitatē Abrahā? Nunqd ante ascendit Abarim Moyses q̄ dicere tur ei ascende in montē abarim? Sed dictū est ascende:& ascēdit:& mortuus est : quasi bonus seruulus expectauit domini p̄ceptū.Ipse Iob qui dixit: pereat dies illa in qua natus sum:tñ in uulneribus & doloribus positus uitæ huius uincla nō disrumpebat:sed ut liberaretur rogabat dicens. Vt qd datū est in amaritudine lumen uita aūt in doloribus aię? Laudabat itaq; mortē cū diceret.Mors uero reges:tñ nō p̄ripiebat : sed postulabat ut scriptū est.Cōcutior oibus membris:& qa sum impius:quare nō sum mortuus? Cur de uentre matris nō in sepulchrū decidi? Aut nunqd breue tp̄s uitę meę? Dimitte me requiescere paululū.Alius quoq; sanctus dicit.Educ de custodia aīam meā.Petit euadere: petit ex hoc corpore quasi de quodā euadere carcere:nullus tñ sanctoꝝ sibi ipse usurpat nullus p̄ripit.Si lucrū est mori:furtū est usurpare ante expectatū.Si bonū est uiuere:sacrilegiū est repudiare anteq̄ reposcatur . Sed gloriosum putatis in bello mori? Nec ego abnuo bonū esse pro patria:bonū pro ciuibus in bello mori:Sed belli lege offero iugulū si hostis petat:si mucronē demergant romani qbus de nobis deus uictoriā dedit: qui bus propter peccata nostra nos adiudicauit.Nec mihi blandior q̄ parcendū s̄pondeant Vtinā fallant.Vel hoc lucrū ferā q̄ me sic timuerūt ut fallerent.uel hanc ultionē referā quia frangūt fidem.Malo illoꝝ latrocinio perire q̄ meo.Latrociniū meū est si mihi ipse intulero manum:si hostes beneficium. Ergo istud cum beneficium dare possent interimendo:seruandum putauerunt q̄ in potestate habebant ut captum occiderent latrocinati sunt. Sed pollicemini mihi manus uestrę ministerium .Re uera percussor nobis defuit ut nostro scelere pereamus.Nolo meo:nolo uestro scelere perire:qd plus est q̄ meo? nolo mutuo.Hoc est.n.unūquēq; nostrū sibi manus inferre uicarię necis mercedē solue

re:ut iam nō solū p̄ suo quisq; sed ēt pro alterius sanguine scelus debeat. Vtrū regis Saul exēplū ponit? eius certe q aduersus uoluntatē diuinā rex postulatus est: & offensam meruit dei. Vnde ēt cum uiueret successorē accepit.Egregiū exemplū uiri:cui defuit dei gratia:& tñ uoluit mori:qa iam nō poterat uiuere. Voluit tñ & ipse ut eū socius occideret.sed ille scelus putauit:recusauit ministeriū.Non igit⁹ usus consilio : sed destitutus ministerio fecit:ut ipse gladiū in se cōuerteret.Si timēs fecit ne sibi illuderet? qd laudas qd timoris est? Si nō timuit:cur prio aliud elegit? Ego nec illudētes rōanos timeo nec metiētes.Saul tñ se solus peremit:nō Ionathas nō qsq; alius in nostra scriptura.Quid mirū si potuit se perimere qui potuit ēt filiū occidere? Aarō inter uiuos ac mortuos stetit:& hoc uirtutis est nō temeritatis.Nō enim mortē sibi intulit:sed mortē nō timuit:q eam corpore suo reppulit.& serpenti in oīs obstaculo fuit.Nō ego qdē Aaron:sed tñ nō degener ab eo:offero manus feriant.ut uolūt.Si possum eorū māus timere:dignus sum q manibus pereā meis.Si peunt illi aduersario:cur ego nō pereā mihi? Si quęritis cur parcere uelint & in hoste uirtutem mirantur. Tanta est enim uirtutis gratia:ut frequenter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi quanta intulerim exitia romanis : quo modo uictores omnium gentium Iotapatę ignobilis urbis diuturna obsidione ab Hierosolymitanæ urbis excidio auerterim.Breui damno totius belli aleā lusi . Didicerūt cęteri meo piculo pacē optare.fortasse ad hoc reseruamur:ut nō deterreant cęteri:sed p̄uocent .Sed suaue asseritis mori p̄ libertate.Quis negat & illud tñ dulce uiuere p̄ libertate? Nā cū amicitiā offert:libertatē p̄mittit. Quod si seruitutē inferat tūc erit certe oportunior moriendi uolūtas si oportuerit mori.Nunc aūt uitā offerūt:nolunt occidere. Timidus aūt est & q uult qñ nō oportet.Quis.n.ignorat fœmineę timiditatis esse & muliebris formidinis ne moriare mori uelle? Deniq; pauidę mulieris ubi aliqd imīnere sibi piculū cognouerūt:solent se p̄cipitio dare. Angusti enim animi molē formidinis metū & mortis sustinere nō queūt. Vir aūt patiens qui p̄sentia nō timet:& futura cogitat, nescit trepidare:ubi nō est timor.Deniq; scriptū est qa aīæ effœminatoꝝ esurient:quę cibū utiq; uirtutis nō habentes esuriūt:Ideoq; ad mortē ante tempus festinant.Neq; enim repletus cibo gratię spiritalis sibi ipsi manus irrogat:cū scriptū sit:quia os imprudētis mortē iuocat. Et iterū dicit scriptura.Et qui nō curat seipsum in operibus suis:frater est eius qui seipsum extermi nat.Condēnatur ergo qui seipsum percusserit.Quid.n.tā contra legē naturæ? Quid ēt tam contra naturā oium aīantiū? Quibuslibet feris licet atq; agrestibus istū est se amare.Naturæ enim lex ualida est uiuere:nec sibi mortē ascisc̄ere. Deniq; ferro in se armari: oia genera aīantiū nec si uelint possunt.Informē letī laqueū hoīes iuenerūt:feræ nesciūt. Sed morsus ferarū arma sunt:dētes eorū gladii.Quādo tñ quisq̄ audiuit q̄ sibi aliqua fera ꝓprio morsu mēbrū ademerit? aduersum alios fauciū suarū armis utunt? : aduersum se oculis:Nobis quoq; qd tam dulce q̄ uita? Quid tam inimicū q̄ mors? Deniq; qui uitam protexerit:patronus est: q mortē appetere tentauerit.insidiator est . Quod ergo in aliis execramus si nos appetamus ipsi nobis uolumus inferre:& qd ab aliis p̄ pœna exigimus:hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia:& gubernatorē si cōmissam sibi nauē saxo illidat: persequimur : nos cōmissum nobis nostri corporis gubernaculū ferro extinguimus:& uoluntario naufragio addicimus? Sed obiicitis mihi mortē maturā : cū in potestatē hostiū fuero deductus.Quid ergo lucrifaciā si quod ab hoste metuo:hoc ipse mihi inferā? cū possit accidere ut qd suadetis mihi facere nō faciat inimicus? Huiusmodi istud est:ac si uidēs gubernator tempestatē futurā: tempestatis gratia declinandę nauē fluctibus imergat.An qa grauiora supplicia exacturus est aduersarius:ideo p̄ueniendū putatis:uel quia strenuū arbitramini ut in nos ipsi ferro utamur. Sed id imbecillitatis suffu-

Universidad de Deusto Biblioteca

giū est:nō uirtutis trophēū:captare lucrū supplicioꝝ. In hoc igitur inhęremus:q; nec in ligniā habeat fortitudinis:nec ꝓfectū utilitatis. Quid aūt attexā uiolati depositi religio nē? Deus oīpotens thesaurū nobis optimū dedit:atq; inclusum in hoc uase fictili:& cōsignatū cōmisit nobis custodiendū quoad ipsi placeat reposcere. Nōne in utroq; crimen est:uel reiicere depositū nō reposcenti:q dederit:uel reposcenti negare? Si hois depositū uiolare pœna infamiæ est:q̄to magis uiolare depositū dei? Depositū dei aia ē in hoc corpore:aia quæ mortis ĩstius capax nō sit. Nō enim ullo mortis uinculo astringit atq; illigatur:sed uidet mortē operari cū saluatur corpore: atq; a cōmisso sibi cōtubernio seiungitur. Cū igitur ante repetitū depositū mortē irrogamus:& aiam quasi inutilem nobis remittimus:atq; e domo nostra excludimus: & corpus sine decore & gratia sui in terrā resoluimus, cur exeūdi hinc p̄ceptū non expectamus? Miles thessera expectat:seruus imperiū. Si quis horū sine p̄cepto exierit:alter desertor:alter fugitiuus est: Qui hoiem fugit:penę est obnoxius:q̄is improbū fugerit . dominoꝝ nos optimū oīum fugiētes:possumus nō astringi ipietatis flagitio? Nū ēt illud p̄terit nostrā opinionē:q; apposuit deus angelū in circuitu timētiū eum. Est ergo qui ꝓhibeat nisi p̄ceptū acceperit? Si nullū p̄ceptū:nullū uiaticū. Et quomō pueniemus sine uiatico? Quis nos recipietī illo puro & secreto loco? Quis nos admittet ad illa sanctaꝝ aiarū cōsortia? Adā latebat qa p̄ceptū dei pręuaricatus est:exclusus est de paradiso:qa nō seruauit mandatū. Dicit ei Adā ubi es? Quasi ei qui fugerit:quasi ei cuius apud deū nō est p̄sentia . Nōne & mihi dicet ubi es? qui præter p̄ceptū uenisti:quē ego naturalibus uinculis nō relaxaui? Tollite cū in tenebras exteriores:ibi erit fletus:& ſtridor dētiū & dolor. Hęc nō solū moribus hoium:sed ēt legibus interdicta accepimus : Nanq; alii insepultos proiici iubent eos qui in se ferrū deiecerūt. Dignū est enim ut qui patris imperiū nō expectauerūt : priuent quasi quodā matris gremio:terræ sepulchro. Alii dexterā manū abscindūt defunctis:ut separet a membris sui corporis quæ aduersus corpus suū uesano militauit furore. Sed hūc exitū sacrilegi ferunt:aut ꝓditores:uel percussores parentū:qui uerū patrē nō agnouerūt : nec se recognoscūt. Ideo aut penitus sepeliri ꝓhibent:aut nō toti sepeliunt. Animas quoq; ecꝝ nō paradysus recipit:sed in ferorū tenebræ:sęuaq; supplicia. Hęc mihi reputanti:q̄q̄ oīa erepta sint:sola tñ terrori ac formidini sunt:nec mihi ipsi inferā quę nec hostis poterit inferre:& illa paradysi eripiā:quę Romanus adhuc nō potuit eripere. Certe accelerare potuit:nō poterit auferre:quę sola impatienter desidero. Nō enim uitę huius ulla uitæ cupiditas tenet me:in qua nec apud ciues:nec apud hostes cepi quod delectaret . Isti mihi pacē negarunt:illi patriā eripuerūt. Inter tot mala qd potest suauitatis in hac uita superesse? Tu mō oīpotēs pater q naturę auctor atq; arbiter es:honestū largire exitū:tu rūpe naturale hoc uinculū:redde animā meā secretis suis. Extinctus sit populus:ereptū ius:libertas infracta:nō ꝑuaricabor tñ legē tuā ut moriar iniussus. Expecto ut iubeas: expecto ut uolentē liberes. Multos habes tui executores:a te expecto imperiū:ab executore ministeriū. Bonū est mori:sed moriar ut Hebræus:nō ut latro:nō ut carnifex:nō ut hostis. Victus sim licet bello:manebo tñ quod natus sum : ut Abrahę patris hereditatē nō deserā. Nō transibo in numerū hostiū:ut ipse meus pcussor sim. Offerre me hosti pcutiendū sine pietatis possum dispendio:manus meas mihi in hostē conuertere sine scelere nō possum. An uero metus est:ne nō liceat nobis secundū legē uiuere? Re uera nūc magna libertas est:quibus nō licet secundū legē mori. Cap. xviii. ¶Hæc Iosephus allegabat:quo euacuaret uolūtariæ mortis affectionē. Sed illi qui semel sese morti deuouerāt:quia uerbis resistere nō poterant:gladiis quasi feriturī illico uirū circūstetere nisi acquiescendū putaret. At ille circūdatus:aliū ducis reuocabat auctoritate: & uirtutis cōstantia:aliū seuero obtutu cōueniebat: Huius reuocabat dexterā: illius inflectebat irā: mulcebat cōsilii salubritate. Diuersis modis unicuiq; irrationabilē extorquebat furorē. Etenim q̄is ultima sors uicti dignitatē extorserat:nō penit9 tñ aboleuerat reuerētiā. Paulatim itaq; deponebāt manus:recondebant gladii:tñ intentio pseuerabat. Cū uideret unū a pluribus se obsessum teneri:siue casu quodā:siue consilio cōmētatus est:ut minueret numerū repugnātiū. Cōmittamus iquit sorti moriēdi ordinē:ut se nemo subtrahat cū sors cōueniat uniuersos. Istiusmodi conditio sit sortis:ut is qui sorte exierit:ab eo qui sequitur interimat. Itaq; fore:ut sors unūquenq;:nō propria uolūtas morti adiudicet. Stet igitur unusquisq; sub sorte iudice:& exors sceleris:& liber captiuitatis:ut nō alieno arbitrio sceleret:nec declinet suo mortē futurā. Nemo excusare poterit euētū quem uel casus intulerit:uel uolūtas dei signauerit. Fidē fecit oblatio : & uniuersorum assensus sorti acceuit. Quisq; sorte est designatus:paratā sequēti necē præbuit. Itaq; accidit: ut interemptis reliquis:Iosephus cū altero superesset neci. Manebat necessario:ut aut sorte cōdēnaretur:aut certe si exitio superesset:sanguine socii cōtaminādus foret. Suadet ut sorti renūciaret. Sic domesticū euasit prœliū:& p Nicanorē ad Vespasianū deducit. Fit concursus ad eius aduenientis spectaculū. Romanis fere oībus cōsuētibus:alii uidere deiectū desiderabāt:quē paulo añ in āplissimo honore positū sūmæ rei præesse intuebant: alii certabāt capto illudere:alii uices rerum humanaꝝ tam uarias atq; flexibiles mirabātur. Plęriq; cōsultius ingemiscebāt:qui in alienis casibus sibi posse eadem accidere putabāt. Titus p̄ cæteris mouebatur:ingenita animi mansuetudine:illū bellatorē superbum dudū subito ptāti additū hostiū:alieni motus sortē operiri uitæ naufragiū exulē spei: incertū salutis. Tm̄ ualere moměta in p̄liis: ut breui casu dispares sui reddāt:cū aut potentes deiiciunt:aut afflicti leuant. Itaq; pars melior eorū scilicet q honore potiebantur:miora consilia dabant:maxima tamē portio salutis apud patrem Iosepho Titus fuit. Vespasianus eum adseruari pręcepit ne forte elaberet. Cap.xix. ¶Inde paucis post diebus Ptolemaidem Iudææ maximam : sed magis gētilibus refertā inhabitātibus : uñ cum plausu & lætitia susceperē exercitum Romanū : non solū Romanę societatis exoptata sibi gratia:sed īsito quoq; odio plębis Iudææ:cuius principē Iosephū oportere puniri maximis clamoribus uociferabantur. Quam Vespasianus ut uulgi iram sine iudicio conceptam silentio dissoluit. Et quia ad hyemādum & tp̄s oportunū: & ciuitas erat: duos ordines in Cæsarea cōstituit. Decimum quoq; & quintum ordinem ī urbe Scythopoli:ne Cæsarea totius onere exercitus attereret. Ideoq; urbs memorata Dianæ Scythicæ cōsecrata:tanq̄ a Scythis condita : & appellata ciuitas Scytharū:ut Massilia Græcorū. Situs loci declarat ingenitam duritiam cōditoris patentia magis cāpoꝝ : q̄ conducibilia habitationis usui delegisse. Nāq; aperto & aspero hyemis:& feruenti tempore æstatis plus laboris habent q̄ delectationis:quoniā & hyeme plus frigoris patent:& grauior in his locis ęstatis flagrantia est:in qbus solem totū recipiūt sine ulla aruī uirentis amœnitate. Itaq; cāpestris & maritima regio memoratæ urbis:ēt ęstu maris amplis uaporabatur. Cap.xx. ¶Nec tñ negociis bellicis Vespasian9 uacuus erat. cognito etenī diuersis ex locis ad urbem Ioppē sese contulisse plurimos : eamq; sibi opportunā ad excursus pyraticos:repatis ædificiis quę a Cestio destructa istaurauisse: quoniā uastata regione subsidiū alimoniæ quęrebatur:diligenter explorauit oīa. At illi statuētes hmōi nauigia quæ usui prędonum accōmoda forent:speculati commeantium transitus uniuersa prope Phœnicis atq; Aegypti commercia populabant: adeo ut crebrę prędationis terroribus omne illud mare clauderent : atq; in dubii periculi metu nauigandi usus intercideretur . Quo comperto pedestris militiæ manum & equitum plærosque perge-

re iubet:& nocte Ioppen ingredi. Quod facile factu fuit:cum custodia nulla ciuitati prę tenderet:qm̃ euersæ urbis fama nullas excitatura Romani curas ducis ęstimabat. Prę sentes tm̃ erant:sed non ausi resistere:atq; ingressum negare Romanis aduenięntibus:na uigiis ascensis ultra iactum progressi sagittę in mari pernoctauerunt. ¶ Respostulare uidet sitũ littoris eius:quo prętexit Ioppe breuiter exponere: ut quẽadmodũ sine ullo prœlio prędictæ urbi secunda clades fuerit liquido manifestet. In portu orta est natura ciuitas:cuius ab ora maris littus asperum directumq;:sed cornibus utrinq; leuiter inflexum:in quibus profundę rupes:saxaq; ingentia quæ mari prominent. Et cũ de imo maris surgãt in mare excurrunt tm̃: unde ẽt Andromedã illic fuisse cum cæto obiectaretur formæ locoꝝ:atq; ipsę rerũ species prodere uident: nõ mediocrẽ uetustis fabulis fidem accõmodantes. Cædentibus itaq; littus aduersis Boreæ flatibus imane quantum undę attollunt:quæ scopulis illisæ fragorẽ ingẽtẽ excitãt: atq; in fluctus relapsę inquietũ illũ maris sinũ reddunt:ut plus periculi in portu q̃ in deserto sit. In eo igit fluctuantibus scaphis quas ex Ioppe urbe productas supra diximus:ad matutinũ flatus uęhemens irruit: quem Melamboriũ per ea locorũ nauigantes uocant:statimq; inter se undis impellentibus scaphas miscuit:atq; inuoluit. Alias ruptis ãchoralibus egit in petram:aliis cum in aduersum mare uiolenter subrigerent: saxosi littoris periculum uela Romanis clades occurrit:undaq; præcelsa mole supereminens oppressos demersit. Confugiendi nullus erat locus:nec manẽdi spes:cũ uẽtus de mari expelleret:Romani urbe excluderẽt:Grauis erat nauigiorum sonus: cum inter se colliderent. Intolerabilis hominũ gemitus cũ frangerentur. Qui ubi uacillãtibus alueis uidebant mare irrũpere:alii se p̃cipitabant natãdi peritia:alii dũ appropiquãtes exiliunt scaphas in mare lapsi concursu alueorũ proterebant. Plęriq; cũ ipsis in profundo fidebant mioparonibus:quos enatãdi fiducia destituerat:minore tm̃ cruciatu quibus ars deerat:uel spes ulla tẽtamentorũ. Qui se circũfuderant littori nautis fugientibus:idem & littoris periculũ:& a Romãis cladem mors transfigebat. Cæterũ natare adorsis cõuulsa nauiũ fragmenta crebris quatiebant ictib9 lateribusq; illisa miseros artus fœde mulctabant:aut scopulis impulsos inter ipsa ample ctẽdi littoris uota mors sequebat:qualecũq; tm̃ hõtes solatiũ in terris perisse. Miserãda itaq; facies erat cum excusso infeliciũ cerebro cautes aspergerent: sanguine maderẽt littora. Cerneres infectũ cruoribus mare:repleta oĩa cadaueribus. Et si q forte euaserãt:appropinquãtes littori interficiebantur:æstimantibus Romanis q; non ex locoꝝ asperitate usuq; uẽtoꝝ in illis locis desęuiret procella:sed diuina indignatione pręter solitũ cõspirantibus uentis mare inuolueretur ne Iudæi euaderẽt:& ideo metuentibus eis pcere quibus deus nõ pepercisset. Fuere qui se ferro iterficerent tolerabilius rati ferro q̃ naufragio perire. Alii qui cõtis protrudere uolentes nauigia perforauerũt:nõnulli q lapsos in mare si forte orarẽt ut a nauigãtibus eleuarentur:remis repellerẽt:aut teloferirẽt. Quod ideo nõ p̃termisi:quo clareat ab ipsis sibi Iudęorũ populis: q̃ ab hoste periculũ maius fuisse: qui seipsos interimebãt:quasi exigua essent ad coꝝ exitiũ infesta simul oĩa:cœlũ:hostis:mare:rupes. Quattuor itaq; milia quingentaq; defunctorũ numerata corpora:quæ despuerat mare:sine bello capta urbs:& excisa a fundamentis. Sic in breui tẽpore secũdo Ioppẽ Romana manus diruit. Quod iure Vespasianus prœcipiẽdũ putauit:ne iterũ illic piratica cõderent habitacula. Vnde & eqtatũ eo loci illic cũ peditibus pauciorib9 licet p̃ficiscens reliquit:ut pedites in loco manerent:ne quid accideret prędonũ manus assuetа latrociniis:equites autem percursarant finitima regionis:uicosq; & oppidula: quo penitus omnia ne conspirarent in aliquos ausus diruerentur. Capi.xxi. ¶ Dum hęc in Ioppe geruntur:quamuis procul Hierosolymam degerẽt: ne sic quidẽ a cõsortio

cladis feriabãtur. Auditis enim quę gesta a Romanis fuerant in Iudæa: & maxime qa Iosephum interfectũ compererat:primo quia nemo de locis ad eos index aduenerat nõ credebant:deinde ducem tantũ non temere in manus hostiũ incidisse arbitrabantur. Et re uera nullus nũcius tantæ cladi supfuerat:& hoc ipm supremi excidii fama: qa nullus idex supererat:astruebat perisse omnia: nihilq; resedisse:uel ad idiciũ rerũ gestarũ manebat opinio quouis maior relatu:q; ipsa icertos dũ tenẽt silẽtia:credebant oĩa quæ timebant:tãtũq; aberat:quo uerius aliqd nũciaret:ut ẽt quę gesta nõ fuerãt adiicerent. Nã Iosephũ quoq; interfectũ fama adleuerauerat. Idq; dolori maxio fuit uniuersis. Sed ubi eũ apud Romanos degere compertũ:tãto odio persequebant: ut cuius primo mortem dolebãt:eiusdẽ uitam uel ignauię:uel ꝓditionis indicẽ detestarent. Hinc maior in Romanos cõmotio ut se de Iosepho ulciscerent. Et quo magis eoꝝ res inclinabat: eo amplius i bellũ accẽdebant. Vbi finis esse debuerat:inde exordiũ maloꝝ capessebat. Nã sapientibus aduersi reꝝ exitus:ad cauẽdũ magis documẽto sunt:ne rursus eadẽ accidãt q̃ iã male cesserũt. Imprudẽtibus aũt incentiuu miseriaꝝ. Debuerat ergo Hierosolymitanis cã sobrietatis esse sociorum periculum. Sed qa noluerunt itelligere ut bñ agerẽt: in exitiũ uertit. Ca.xxii. ¶ Vespasianus tm̃ ut & ipsa mora in melius cõsulerẽt sibi:& a labore exercitus pauliſper requiesceret:roganti cessit Agrippæ:ut in urbe regni eius Cęsarea Philippi uiginti fere interponeret dies:simul ut ęgra partium eius a cõmotionis & discordię furore respiscerent:q se iteruentu regis suscipi posse si cõuerterent cognoscere deberent:cum tam sedula officiorum fœdera inter regẽ & Romanos interuenirent. Deniq; Tiberias proxima Cæsareæ remedium nõ abnuit: sanitatem inuenit. Nam & ipsa graui morbo dissidentis inter se plębis exęstuabat. Vnde Vespasianus tres ordines ualidiores acciri:& Scytopolim petere directo in negocium filio decernit. Ea erat decem urbium maxima uicina Tiberiadis. Inde appropinquare muris Valerianum cum quinquaginta equitibus iubet:qui pacifica suaderet:& ad fidẽ societatis clausos uocaret:ut congregati exercitus terror aduersos percelleret:nuncius pacis uolẽtes iuitaret. Valerianus prope muros equo desiliit:eadẽ fecere etiam qui simul propius accesserant. Quos ꝓ numero spernendos arbitrati:Iesus prędatorię manus princeps cum suis q pariter incessere ausi:repentina eruptiõe deturbant loco:cedentesq; simul quos deduxerant equos: inuolauere dementes qui non aduerterent consultius Valerianum cessisse insolentiæ:q̃ spolia de his qui pacem offerebant usurpauisse. Deniq; seniores offensi facinoris acerbitate urbem relinquentes:ad Vespasianum prœcatum uenere:ne paucorum insolentia uniuersę plębi ascriberet. Vespasianus illico ad urbem Traianum direxit:ut exploraret si populus insidiatorum temeritatem auersaretur. At ille conuenientia populi studia seniorũ p̃cibus annuncians fidem legationi accumulauit. Ita petentibus uenia data: maxime qa sollicitum regem pro totius urbis statu Vespasianus intuebatur. Cuius fide iterposita: nihil tale ausuros:postea delicti grãm uolẽs cessit. Ca.xxiii. ¶ Inde Taricheas sollicito atq; instructo agmine petit: eo q; plurimum ad ipsam urbem propter munitionẽ loci confluxerat multitudinis:& quia muro eam uallauerat Iosephus:nisi qua pedestribus inuia Gẽnesarii lacus fluctibus alluebatur:ideo nauigiis cõgregatis:anceps bellum fremebat. Si terrenum iclinaret aduersum se prœlium:ad naues confugerent. Si nauali certamine cederent:urbem reuiserent:muriſq; sese ambientibus defensarent. Consimilia utrobiq; pręsidia:uel in urbe Tiberiade:uel Taricheis. Sed Taricheis pernitiora ingenia: murus ualidior Tiberiadis. Sed & Taricheorum furor prõptior: ut si necesse esset miscerent oĩa:naualia terrenis certamina:terrena classicis. Deniq; circũuallati aduersa acie cũ maiora auderent uiribus:nec aduersus dispositiõis Romanę moderamina:ueterani quo

q; exercitus uirtutem quicq; temeritas ꝓmoueret:priusq; aliquid exitii subirent:uersi i fu gam:ad naues conuolauere. Quibus cōfertis tanq; densata acie prœliabantur:acsi in ter ris manu res gereretur. In campo etiam multitudo innumerabilis hostem prestolabat. Eo cognito filium cum electis equitibus Vespasianus direxit. Qui ubi se ingentibus cir cūfusū copiis uidit:ad patrē qdē retulit maiorē cē hostiū multitudinē q; opio cōphēde rat:sz cōuocatis quos secū deduxerat belladi icētiuū hmōi alloquiū ifudit. Ca.xxiiii. ¶Viri inquit Romani:meminisse enī uestri uos nois & generis prœliaturos decet:quo rum manus nemo effugit qui in orbe Romano est. Vnde enim hoc nomē uniuersis ter ris nisi uincendo dedistis? Meminisse ēt loci oportet in quo nunc sitis:& aduersum quos Romani bellum geratis. In extrema enim parte orbis terrarū consistimus. Tanta ergo terrarum spatia transcūtes:nihil alienum uidistis. Quid enim uobis alienum quorum in possessione orbis terrarum est? Quicquid ubiq; est:ius nostrum est. Quicquid icolatus uniuersorum tenet:possessio nostra est. Currebat is bene q statuit uestros orbe toto cur rentes triūphos:quos nō Hasdrubal Pœn9:nō Pyrrhus Aeacides:nō Brennus capitoli nis uestibulis incūbens:non Persarum cateruæ:non Aegyptię phalanges statuere po tuerunt. Hos statuit rebellis Iudęa ineruditam pręferens belladi temeritatem rixę q̄ pu gnæ aptior. Neq; enim est qd̄ uereor:sed plenum uerecundię arbitror: q; uos uincendo defatigamini. Illi autem qui toties uincūtur audaciam sumpsere:& lassati uos rebus se cūdis:cū illis aduersis duriores sint. Attollite igitur animos Romani uiri:& aduersus ca teruas hostiū freti patria uirtute exurgite. Neq; uos numerus moueat plębis Iudææ:cū illos tot nostræ uirtutis insignia non deterreant:quę longe numero ualidiora sunt. Neq; enim ulla in Hebręis uel rei militaris scientia:uel prœliandi peritia:uel moderandi gra tia:nullus disciplinę usus:nulla tolerandi patientia. Solum i prœlia deferunt mortis cō potum:sed nemo unq̄ moriēdo uicit hostē:sed perimendo. Illi nesciunt arma nisi i bellos nos in pace arma exercemus:ut in bello casus belli dubios non sentiamus. Insuetis enī euētus dubii:ueteranis solēnis triūphus. Quid enim aliud agimus quotidie:nisi ut nobis uana nūq̄ plia sint? Vnusquisq; domi quasi in plio exerceā:ut in plio meditatio quędā certaminis sit. Deniq; non errauerit quisq̄ asserens q; meditationes nostrę bella sine san guine sint:bella nostra meditationes sint. Progrediamur in bellū muniti undiq;:tegitur galea caput:lorica pectus: totumq; clypeo corpus. ubi feriat hostis Romanum militē repire nō pōt:quē ferro septū circūspicit. Aliis talia arma oneri sunt:nobis itegumento: quia usu leuantur. Aduersum inermes igitur ac nudos prelium nobis est. An uero metui mus ne numero circūueniamur? Primum liber in prœliis equitatus est. Cedendo atq; in sequendo bellum proludit. Et q̄is maximas acies circūcursat quibus libitum fuerit spa tiis excedit. Deinde in ipso pedestri certamine non tam numerus plurium conficit pu gnam q̄ uirtus paucorum. Multitudo enim disciplinæ insolens:ipsa sibi est impedimen to in prosperis ad uictoriam:in aduersis ad fugam. Virtus uero patiens & secundis uale scit: nec usq; ad finem labitur in aduersis. Accedit illud q; assuetudo uictoriarum in centiuum nobis sit prœliandi. Nam & si illi pro patria: pro liberis dimicant: non ideo promptiores eos esse quam nos oportet. Neque enim minus est immo haud scio: an etiam amplius nobis q̄ pro nostris decernere. Pro nobis prœliamur: & cum prœliamur pro gloria: ne minores simus eo q; sumus. Quis ergo dubitet plus esse pro gloria de cernere q̄ pro salute? Nobis autem bellum hoc pro existimationis est periculo: ne ius partum intercidat. Periclitamur etiam uictores gentium & principes orbis terrarum: Iudęis pares uideri: quos ex equo nobis in aduersarios constituimus: si non aliter nisi pari numero congrediamur. Maiores nostri magnas hostium copias parua manu

frequēter fuderunt. Et quid nobis conferunt quotidiana exercitia? quid diuturnus labor si pares ad prœlium uenimus? Nunciauimus qdē de numero patri: qa nō licebat aliud: sed aduertat nos non de periculo metuisse: sed reuerentiam belli arbitrio reseruauisse. Li cet prelibare bellum: tenere hostē: rapere uictoriam: dum adiumenta ueniunt: ne non tā sup atos aduersarios cōmuni robore: q̄ protectos nos uirtute sua iactent q uenerit. Quo igitur ore in conspectum patris ueniemus: si bellum incipere timuerimus? Quo pudore degener filius subibo oculos tanti uiri: q nesciat militē suū nisi uictorē uidere? Quo me militē ꝓbabo & filiū: cū ille sp triūfator: ego ēt meo qd̄ graui9 ē: uict9 iudicio: q hosti is dęo cesserim? qd uobis fiet condēnato duce: quē uobis pater securus cōmiserit. Sed ma lo de uirtute ducis uos q̄ de ignauia causas dicere. Proruamus igit in aduersarios: ꝓpere mus pueniamus hostē. Primus i piculum excurrā: uos segmini: ut depositū patris custo diatis: & cōmissū patris reseruetis. Ego aūt non periculi socios exigo: sed consortes uicto riæ. Vos tñ cauete ne oblatam uobis palmam triumphi aliis reseruasse uideamini: uo bis eripuisse. Certe si secus cesserit: malo me filiū pater i uulneribus meis recognoscat: si in militibus suis nō recognouerit. Ponamus tñ offendi patrē prœlii aggressione. Quid igit tolerabilius pręripuisse uictoriā: an deseruisse? In pręripiendo properatio fortitudis est: in deserendo culpa ignauię. Condēnet certe uictores pater: reatū hmōi non reformi do: malo reus esse triūphante republica: q̄ læsa inoxius. Vtinā Manlli Torquati filiū: uel in solo mihi liceat imitari periculo: quē securi pater iussit ferīri: q; cōtra imperium patris exercitū in hostē produxerat. Stabat hostibus cæsis adolescēs amictus adoreis triūpha libus sub carnifice mortis securus: qñ beatissimum putabat in uictoria mori. Quid enī illustrius q̄ uitam triumpho claudere: nec ad icerta rerum seruari post certam uictoriā? O expetendum prudentibus crimē uictoriæ. Vtinā & nobis hoc obiiciat q; uicerimus. Certe illo exemplo solus ego piclitabor: uos triumphabitis. Et tñ non prohibuit nos pa ter pugnare: sed iussit: quod ad pugnam direxit. Vñ magis idignaturū arbitror cessisse nos Iudæis cum possemus uincere q̄ pugnauisse. Cap.xxv. ¶Hæc dicens: prius quum in hostem egit: & clamore magno sequuti cęteri: toto campo extendebant: quo ēt plures estimabantur. Traianus quoq; cum trecentis eqtibus missus a Vespasiano: iā progrediente Tito supuenit. Nec diutius resistere potuerunt Iudæi cum uirorum contis & fremitu equorum perturbarentur. Conuersi itaq; i diuersa: alii plęriq; urbē petebant. Emicat Titus: & alios a tergo fugientes opprimit: alios cędit: palātes uniuersos ꝑuerso itinere a muris repellit: & obuius recurrētibus fugam itercludit. Rursus tñ dum alii ster nuntur: elapsi alii quibus urbs refugio erat: sed illis quoq; acrius prœlium. Nam qui de locis finitimis affluxerant: a principio pacē ꝑferebant: sed populus superueniens inuitis bellādi studia extorserat. Inde ītra urbē dissensio & tumultus grauis. Quo strepitu exci tus se cōuertit ad milites Titus. Hoc īquit est tempus sanctissimi cōmilitones: quod ex petebam. Inter se hostes intra urbem tumultus ferunt: foris ceduntur: intus degladiant. Festinemus itaq; dum adhuc dissident: ne forte periculi metu in gratiam redeant. Itaq; ascendit equum quo desilierat: muris proximus: & conuersus ad lacum p fluctus aquæ urbem petebat: primusq; in urbem irruit: & postea cęteri. Statimq; omnes qui interius erant dispersi in fugam: alii prosternebantur: alii ascendentes nauigia i lacū demergebā tur: cęsi intus multi mortales. Sane qui de agris erant: offerebant sese Romanis alienos culpę asserentes: qbus pio moderamine Titus parcendum putabat: solos urgens rebel lionis auctores. Misit itaq; ad patrem equitem q nunciaret euentum uictoriæ. Quo dele ctatus Vespasianus: & maxime filii triumpho qui maximam portionem totius belli cō fecerat: q; aduersus Iudæam gerebatur: eo contendit: & iussit obseruari urbem diligēti9:

ne quis elaberet: eo q; uniuersi pœnæ deberent. Alio tñ die propter eos q in scaphas sese contulerãt rates fieri iussit: q̃ sine mora factę: qm̃ & siluę finitimæ: & oparii plærique acceleratí muneris facultatẽ dedere. Ca.xxvi. Nãq; lacus ipsius uelut quodã maris ambitu sinus ãplissimus in longitudinẽ. cxl. extẽdit stadia: latitudine. xl. diffundit crispãti b9 aqs aurã de seipso excitans. Vnde & Genesar dr̃ greco uocabulo quasi generãs sibi aurã: aquę dulcis: & ad potandũ habilis. Sigdẽ & palustris uliginis crassũ aliqd aut turbidũ recipit: qa ab arẽolo ũdiq; littore circũuenit: & tẽperatior est fluuialis aut fontis rigore. Frigidior tñ placidæ paludis equore: eo ipso q, nõ in stagni morẽ sternit aqua: sed p diffusiora spatia lacus frequẽtius auris spirãtibus agitat: unde & purior hausti9 ei9 ac mollior est ad usũ bibendi: & si qs naturali gratiæ studiũ adiũgere uelit: ut estiuis suspẽsam: ad auras noctib9 more icolaꝝ potui paret: haud quaq̃ a niuis ritu distare arbitret. Genera quoq; piscíũ gustu & specie q̃ in alio lacu prestantiora. ¶Res exigere uidet: ut Iordãis ortũ quẽ alibi ꝓmisimus: aperiãus: Nã superioris qui dubio utrũ de lacu cui Genesar flumẽ cui nomẽ Iordanis exoriretur: Philipp9 tetrarches Tracõitidis regiõis falsã opinẽ redarguit: errorẽq; absoluit: mittẽs paleas in fialã quas ĩ panio fluuius ebulliuit. Vnde liquet nõ exordiũ esse Iordanis in panio: sed fluẽtũ. Nõ enim ibi fons eius est: ut ab eo cæteroꝝ usũ flũinũ ceperit: sed de fiala eadẽ subterraneis deriuat9 meatib9: ibi iteꝝ quasi fons scaturit: atq; emergens ꝓditur. est aũt fiala in Trachonitide terra cẽtũ uigiti iteria cẽtibus stadiis usq; ad urbẽ Cæsareã. Fialæ aũt nomẽ spẽs dedit: quasi rotę qualitatẽ exprimẽs: q, ita iugiter plena ẽ aquarũ: ut neq; supfluãt: nec rursus aliqua deriuari minutione itelligant. Inferius itaq; mẽsura quadã labit aqua: & ubi Paniũ est rursus ebullit ut paleis resurgẽtibus mãifestatũ est. Ita ibi Iordanis resurrexisse ꝓditus ẽ: ubi nasci a supioris tẽporis uiris existimabatur. Nec tamẽ a principio eadẽ Panii nisi sola naturalis gratia: sed regali Agrippæ munificẽtia ornatus loco uberior: splẽdidioꝝ aditus: quo speleũ decore admirabili p quod sese attollit Iordanis: extructũ uẽustatũq; accepimus. Vnde nõ latẽti iam neq; abdito p cauos terrę meatus: sed uisibili p terras atq; apto flumine incipiẽs superfundere se Mechunicũ lacũ paludesq; eius intersecat. Inde quoq; cursus suos dirigens: centũuiginti stadia sine ulla iterfusione ꝓgredit usq; ad urbem cui Iulias nomẽ: postea lacum istum qui Genesar dr̃ medio transit fluẽto: quibus ex locis plurima circunuagatus deserta: a Phalcio susciꝑit lacu: atq; ĩ eum conditur. Itaq; duos lac9 uictor egressus: in tertio hęret. Prętendit autem regio Genesar eiusdem nominis lacum: de quo & ipsa uocabulũ assumpsit: mirabili naturę gratia: & specie pulchritudinis. Nã & spontaneos fructus soli ubertas ministrat: & nemoꝝ ferax in uniuersa genera sponte se subrigit arborum pomiferarum & culturę solertia imitata naturã in quos uoluit usus opimę fœcunditatis deflexit gratiam: ut nihil sit illic quod natura negauerit: nihil quod cultura prætulerit: ita aptus omnibus nec ullis unq̃ alienus fructibus. Cuius tanta temperies: ut omnium nascentium conueniat diuersitati. Illic & quæ frigore alũtur sese multipliciter effundunt: & quę estu fouẽtur. Illic estiua hibernis mixta simul aspicias: arctos nuces & dactilos: nisi locis feruentioribus generari nescios. Quid ficus aut oleas loquar quas cæli mollior alit tractus? Nec tñ equãtur illis superioribus. Illi enĩ principales Palestinę: & qdem domestici fructus eo q, uberiores hi suppares: & licet longo iteruallo sed tñ proximis dicas naturæ: & temporꝝ iocundam contentionem. Illa quasi mater fœcunda omnia creat: horũ temperies quasi bona nutrix molli fœtu uniuersa educat. Itaq; non solum affatim generãtur pomorum diuersitates: sed etiam conseruantur ut aliqua genera maxima parte anni non deficiant: reliqua omnia tota anni ætate usq; ad finem superfint. Nam & uuę & ficus quę sunt in insitiuis regalis cuiusdam gratię decem men

